



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

HORTUS VARIARUM INSCRIPTIONVM,

VETERUM ET NOVARUM,

Videlicet

URBIUM, TEMPLO-
RUM, SACELLORUM, ALTARIUM,
RELIQUIARUM, CÆMETERIORUM,
Horologiorum, Scholarum, Bibliothecarum,
Musæorum, Obeliscorum, Columnarum,
Pyramidum, Statuarum, Imaginum, Arcuum
Triumphalium, Portarum, Arcium, Palatio-
rum, Aularum, Curiarum, Armamentario-
rum, Propugnaculorum, Monimentorum,
Portuum, Æquæductuum, Thermarum, Pon-
tium, Viarum, Fontium, Hortorum, Villa-
rum, Cænaculorum, Cellarum, Theatro-
rum, Officinarum Monetariarum, Noso-
comiorum, Hospitalium, Tumu-
lorum, &c.

*IN CERTOS LOCOS, SEU AREOLAS
DIGESTARVM,
PARS SECVNDA.*

A

P. OTTONE AICHER, Benedictino
ad S. Vitum, in Alma & Archiepiscopali Universitate
Benedictino - Salisburgensi Phil. Moralis & Histo-
riarum Professore Ord.

Superiorum Permissu.

SALISBURGI,

Typis & Impensis JOAN. BAPTISTÆ MAYR,
Typographi Aulico-Academici. 1684.

Votum Authoris.


**CÆLORUM REGINÆ
VIRGINUM VIRGINI
MARIÆ,
HORTO VOLUPTATIS,
DELICICIARUM PARA-
DISO,**

**HORTULUS HIC INSCRIPTIONUM
SACER ESTO.**

AMICO LECTORI.

P*Aucis te volo, Lector; & quando sic allubet, in nova te duco, novitatis imagine captū, si invisā juvat visere, atq; animū variā deambulatione relaxare. Serijs igitur paululūm sepositis, in HORTUM unā mecum descendito. Tantiſper feriemur, ut animus poſt ferias vegetior remeet ad res ſerias. In HORTUM? inquis. qualem? VARIARUM, aio, INSCRIPTIONUM. Hunc tu ſeu Hortum novum, ſeu prioris appendicem; partem Inſcriptionum alteram, an prioris auētarium dicas, per me licet. Congeſſi huc Inſcriptiones, quas ſuperiori libro (jam in lucem edito) inferere amplius non licuit, hactenus partim ab aliis mihi ſubmiſſas, partim*

*recens inventas. Adeò non nova solùm
habet multa, sed fortè etiam jucunda.
Ceterùm, ne in labyrinthum incidas,
eundem in Areolis dividendis servavi
ordinem, quem in superiori, quibus
subinde etiam non positas, sed honora-
rias duntaxat Inscriptiones, inserui.
Hoc te volui. Tu interim Lector, prout
Horti nostri areolas visis, Salve, vel
Vale.*



SYLLABUS

Eorum, quorum operâ scriptisve
uti sumus.

A.

Abrahamus Bzovius.
Adolphus à Dans.
Alcadinus.
Aloysius Juglaris S.J.
Aloysius Novarinus.
Ansonius.

B.

Bernardinus Campel-
lus.
Bilibaldus Pirckhei-
mer.

C.

Cæsar Baronius S.R.E.
Card.
Caspar Barlaus.
Caspar Bruschius.

E.

Eustafius de Mate-
ra.

F.

Faustinus Fagens.
Franciscus Pola.
Franciscus Suicus.
Franciscus Suvertius.

G.

Georgius Cassander.
Glareanus.
Gobelinus Persona.


H.

Hugo Grotius.

I.

Janus Nicinus Ery-
thraus.
Ignatius Bomplanus.
Joachimus Sandrart.
Joannes Jacobus Gras-
serus.
Joannes Pafsa.
Julius Roscius Horti-
nus.

Lan-



L.

Laurentius Martin-
zins.

Ludovicus à Puteo.

M.

Marius Bettinus. S. J.

Marius Molsa.

Matthæus Turneman-
nus.

Maximianus Dezza.

N.

Nicolaus Cannius.

O.

Octavius Boldonius.

Octavius Ferrarius.

P.

Paderbornensia me-
numenta.

Paulus Henznerus.

Paulus Melissas.

Pellegrinus Pellegri-
nus.

Petrus Crinitus.

Petrus Labbè. S. J.

R.

Robertus Kenchenius.

S.

Silins Italicus.

Stigelius.



AREO-

§ (1.) §



AREOLA I.

Continens

INSCRIPTIONES ET ENCOMIA URBIUM.

Ordine Alphabetico.

A.

AMSTELODAMI ENCO-

M I U M.

Amstela de se loquitur.



Natus est Euphrates, & quæ patet exte-
ma CHINA,

Quaque etiam priscis non cognitus
orbis in orbe,

Huc mea vela fero, referoque per aquora classens,
Nunc Euphrate, ipso nunc Amstela clarior Indo.

De eadem Nicolaus Cannius.

Hæc illa est Batavæ non ultima gloria gentis,
Amnis cui nomen cui cataracta dedit.

Dicta prius Damum, raris habitata colonis,
Cùm contenta casis rustica vita fuit.

A

Hinc

2 INSCRIPTIONES ET

*Hinc Amstelodamum jam facta celebrior, atque
 Fortuna crevit tempore nomen item.
 Urbs bene nota propè atque procul distantibus oris
 Dotibus innumeris suspicienda bonis.
 Dives agri, dives pretiosa vestis, & auri,
 Ut pleno cornu copia larga beest.
 Quod Tagus atque Hermus vehit, & Pactolus,
 in unum,
 Verè huc congestum, dixeris esse locum.*

De Arelate.

P*Ande, duplex Arelate, tuos blanda hospita
 portus,
 Gallula Roma Arelas : quam Narbo Martins, &
 quam
 Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.
 Precipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
 Ut mediam facias navali ponte plateam.
 Per quem Romani commercia suscipis orbis,
 Nec cohibes : populòsque alios & mœnia ditas :
 Gallia quis fruitur gremiòque Aquitania lato.*
 Ausonius.

De Athenis.

N*unc & terrigenis patribus memoremus A-
 thenas,
 Pallados & Consi quondam certaminis arcem.
 Pacifera primùm cui contigit arbor olivæ :
 Attica facunda cuius mera gloria lingua,*
 Unde

ENCOMIA VRBIUM.

*Unde per Jonie populos & nomen Achæum
Versa Graia manus, centum se effudit in urbes.*

Idem.

B.

Bergomi.

Bergomum, Urbs vetustissima, ante Servatorem natum DCCCCIII. à Cidno, Liguribus, Hetruscocum Regis F. extructa. Aliquando in libertate, aliquando sub Rom. Cæsarum Regum ac Ducum imperio, vario eventu jactata, sub sanctissima D. Marci alarum umbra tandem diuturno pacis otio fruitur, & feliciter quiescit.

In Bonnam.

Bonna solum felix, celebris locus, inclita tellus,
Florida martyrio, terra sacrata Deo.
Exulibus requies & asylum mite fuisti,
Semper & externi te reperere suam.

Bernæ.

Accede ô memoranda micis Vrsina propago
Carminibus, gens Andino bene digna co-
thurno,
Maoniaque lyra, & Phæbi laudanda Camanis.
Urbs ælis prudens, urbs tot regnata per annos,
Tot populis, tot castellis, tot & arcibus altis.
Vni qui nobis cunctando restitunt rem.

A 2

Ilanc

*Hanc Arola Undosus, Rhodanog, fugacior amens
In circum lambit, scopuloque immurmurat unda.
Affice Dadalios circos, Rhodiasque columnas,
Et labyrinthum rutilis viciniis astris
Templum horrendum, ingens: non illud Mausoleum,
Sed neque Pyramides, Memphitica marmora
vincent.*

Glareanus.

*Bredæ, cùm capta esset ab Ambrosio Spinola anno 1625. insculpta hæc
inscriptio:*

**AMbrosi SpInoLæ VIGILantia BreDa ex-
pVgnata. Arte InVasa prIVs, Deln Marte
fVbaGra fVisti. Anno ReX saCro Bre-
DaM sibi JVngit IberVs**

**PhILippVs reX Hispaniæ,
gVbernante
IsabeLLâ CLarâ EVgeniâ
Infantâ,
SpInoLa obsIDente,
QVaternIs RegIBVs
FrVstra ConJVransIBVs,
BreDâ
ViCtor potIBVs.**

C. In

C.

In Capuam.

Illa potens, opibúsque valens, Roma altera
quondam,

Fortunâ variante vices, quæ fata secundis,
Nescivit servare modum. Nunc subdita Roma,
Æmula tunc. Fidei memor, an ne infida, Senatibus
Sperneret, an coleret dubitans, sperare curules
Campanis ausa, auspiciis, unôque suorum
Consule: ut imperium divisi attolleret orbis.

Quin etiam rerum Dominum, Latiusque parentem
Appetiit bello: Ducibus non freta togatis.

Hannibalis jurata armis; deceptaque in hostis
Servitium demens specie transiit herili:

Mox ut in occasum vitæ communibus acti
Corruerent Pæni, luxu Campania festo.

Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem!

Ausonius.

D.

Delbruggiæ.

Memoriæ Sacrum.

Bruclerus, hæc coluit loca fata palustribus
undis,

Quod nunc indigenis nomen ut ante manet.
Hic Varum infesto Germanicus agmine Cæsar
Plus, & hostiles depopulatus oper.

A 3

Vici-

INSCRIPTIONES ET

*Vicinam Druso Genitori condidit aram,
Et tulit Ausoniis manibus inferias.
Post Ubis ferro pariter grassatus & igni,
Obrutus hic magnâ clade repente fuit.
Victaque terga fuga dedit, & sua signa reliquit,
Inclita virtutis Bructere signa tua.*

**FERDINANDUS DEI ET APO-
STOLICÆ SEDIS GRATIA, EPI-
scopus Paderbornens. Coadjutor Mo-
nasteriensis, S. R. I. Princeps, & Co-
mes Pyrmontanus,**

Delbruggis veterum Bructerorum ultimis,
quos Germanicus Cæsar Varians cladis ul-
tor bello persecutus, quantum Amisiam &
Lupiam amnes inter haud procul Teutobur-
genſi saltu vastavit. Colonienſes verò Cliviſ-
que Paderbornenſibus infeſti, accepta inſignâ
clade, Anno M. CCCCX. xv. Cal. Decemb.
illustrarunt, ob fortitudinem eorum, ac fidem.
Reip. præſtitam,

M. H. P.

Dordraci.

ME Moſa, & Wallis, cum Lingâ, Meruâque
cingunt,
Æternam Batava Virginis ecce fidem.

E. Eres-

E.

Eresburgi ad Dimolam.

Memoriæ Sacrum.

Hospes Eresburgi præruptam conspicias urbem,
 Antiquâ celebrem religione locum.
 Martis ibi quondam simulacro nobile fanum,
 Saxonie columen præsidiumque fuit.
 Quod Leo vastatum, Caroli victricibus armis,
 Sacravit vero, restituitque Deo.
 Mansit & hoc nostra genti, dum barbarus hostis
 Augustum nostro tempore vertit opus.
 Nil intentatum sceleris manus illa reliquit,
 In superos tantum qua fuit ausa nefas.

F E R D I N A N D U S D E I E T A P O -
S T O L I C Æ S E D I S G R A T I A , E P I -
s c o p u s P a d e r b o r n e n s i s , C o a d j u t o r
 Monasteriensis, S. R. I. Princeps, & Co-
 mes Pymontanus,

Eresburgi in Diœcesi Paderbornensi fir-
 missimi olim Saxonum Propugnaculi, nec
 magis Francorum armis, & Irminulæ excidio,
 quam eius loco à Carolo M. extracti, à Leone
 Tertio P. M. dedicati, bello autem Suecico
 funditus eversæ templi Religione celebris me-
 moriæ

M. H. P.

A 4

Emc.

Emeritæ Elogium.

Ivre mihi post has memorabere nomen Iberum
 Emerita: æquerens quam præterlabitur annis,
 Submittit cui tata suos Hispania fasces.
 Corduba non, non arce potens tibi Tarraco, certant,
 Quæq; sinu pelagi jactat se Bracara dives.

Ausonius.

F.

Friburgi.

Gentis Aventine decus, & suprema potestas
 Gloriâque illustris, prædonum virga Fribur-
 gum,

Ausim num tenui laudes sibi fundero filo,
 Ilotis manibus, citharâque sanante ululatum?
 Sed jubar excellens, magnarum curia rerum,
 Parce humili plectro, belli memorabile fulmen,
 Irascensque arietis muris, obiectâque moles
 Oranibus, volitansque hosti catapulta furenti.
 Seduta Berchtoldi Ducis alti cura Zeringi
 Te velint Arctopolim, fatis felicibus urbeis,
 Edificârat, ubi hos squallenti viderat ora
 Colliculos, loca nascendis aptissima muris.

H.

Hagæ.

(aures)

Hagæ ego (fama tuas etenim mea contigit
 Quâ non est toto latior orbe locus.

Me

ENCOMIA URBIVM.

9

*Me sacra prudentum celebrant suffragia Patrum,
Hesperias toties fortiter ulta minas;
Me lites dubia, venerandaque Jura Senatus,
Me gemini celebrat caufidici fori.
Mauritiiq; Ducis sedes, cui machina mundi
Ad famam sedes non satis ampla patet.
Omnia que, ne me corrumpant fata, merentur,
Novissent meritum si tamen illa sequi.*

Hugo Grotius.

Haidelbergæ.

Haidelberga vocor. Myrtilli vescula dona,
Monte sub herbose mi tribuere notam.
Virgo manu baccas gestans, insigne decorum,
Testis ad excelsos stat veneranda iuvos.
Vindicat id vates Friderici, victor in hostea
Strenua pugnaci qui tulit arma manu.
Vindicat id prætor, vexilli curia custos,
In quo Nymphea jugi myrtea tesqua premittit.
Civis id evincit, cui crebra in colle propinquo
Crescit myrtealis herba virens foliis.
Ecquis me Panorum, quis naminet Eitelbergam
Vannus? Edelbergam qui vocet, errat item.
Montem ego Myrtileum sacra perenne. Facessat
Nominis ignarus qua sit origo mei.
Multi multa novant. vera est, antiqua Penatum
Quam loca sunt proprie testificata, fides.

Paulus Melissus.

A 5

Herb.

Heristalli Saxonici in ripa Visurgis.

Memoriæ Sacrum.

SEn te ceruleus placido vehit amne Visurgis,
 Sive facis terra care viator iter:
 Parva mora est fame relegas monumenta vetusta,
 Et precor hæc paucis carmina scripta notis.
 Magnus Heristallo Carolus dnm Saxonas urget,
 Hic positis castris nomen habere dedit.
 Legatos hiemans hic Regia dona ferentes
 Audiit, & natos iussit adesse suos.
 Hic designatam fato meliore cathedram
 Rettulit ad Paderam lene fluentis aquas.
 Non tamen omnis honos abiit; quin æmula Francò
 Certat Heristalli gloria Saxonici.

**FERDINANDUS DEI ET APO-
 STOLICÆ SEDIS, GRATIA EPISCO-
 pus Paderbornensis, Coadjutor Mo-
 nasteriensis, S. R. I. Princeps, & Co-
 mes Pyrmontanus,**

Heristalli sui in ripa Visurgis, Caroli M.
 hibernis, Pipini & Ludovici filiorum eius
 conventu, Hunnorum & Austriæ Galliciarque
 Regum Legationibus, Anno DGCXCVII. ce-
 brati memoriæ posuit.

I.

J E N Æ.

Perplacet Hebræo nobis hanc nomine dici,
 Ut Vetus à Jayn nomen Jena tenet.
 Cur ita crediderim, nisi mentem vocula fallit,
 Certa hujus ratio nominis esse potest.
 Quippe vocat Jayn Solyma pius incola terra,
 Hoc quod nos Latio dicimus ore merum.
 Quæ caput in mediis urbs fertilis erigit uvis,
 Hanc quisquam à vino nomen habere neget?
 Stigelius.

L.

Luceriæ.

Tertia Laceria est summâ dicenda Camænâ,
 Prima salus nostri imperij, miserata labores
 Suicia & Urorum trepidantisq; agmina sylve,
 Non Leopoldi iras timuit, non Suovica bella,
 Pannonieq; minas, vicos imitata superbos
 Auxit opes, noménque suum, famâmq; perennem:
 Primâ que cum primis sua fœdera junxit amicis,
 Quódque à luce datum venerabile nomen haberet,
 Non oblita, dedit vireis, crescensq; levavit
 Imperium, luxitque suis, & fœdere vinxit.
 Ergo qua tribus est vicis unda, hæc eadem illi est,
 Et nomen commune tenent, quod sylva repingit.
 Lubeo

L.

Lubecæ.

Angulus hæc landis dicta est Urbs nomine
prisco,
Angulum in hunc fertur fluvius Dravennâ per
quor.

Ludæ ad Ambram.

Memoriæ Sacrum.

Hic ubi Luda vernis jucunda margine ripa
Urbs sedet, & cultos Ambra pererrat
agros:

Ambrones habitasse ferunt, quas Cimbricus olim.

Militiæ socios traxit in arma furor.

Illis Arminij succedens arce propinqua

Gens tenuit validâ si optra Cheruscam manus.

Anna deinde pio Carolus sacra more frequentans

Nascentem coluit supplice voce Deum,

Et Schidroburgum propius dum Saxona bello

Falminat, hos posuit Francica castra loco.

Mac olim decori fuerint: nunc proxima Ludam

Concelebrat note vena salubris aqua.

FERDINANDUS DEI ET APO-

STOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCO-

pus Paderbornensis, Coadjutor Mo-

nasteriensis, S. R. I. Princeps & Com.

Pyrmontanus,

Ludæ ad Ambram perantiq. Ambronum
& Cheruscorum sedi, Caroli M. castris, in
quibus

quibus Ann. DCC. L. XXXIV. Christi natalem
egit, & Pyrmontanæ acidulæ vicinitate cele-
bratæ

M. H. P.

N.

Neapolis.

Sirenus dedit una tuum memorabile nomen,
Parthenope, muris Acheleias, equore cuius
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miseris caneret non prospera nantis.

Silius Ital.

P.

Paderbornæ Elogium.

Hic Locus Viris omni nobilitate generis
animique semper insignibus abundabat,
ut non esset dubium, quin Patria Civibus, &
Cives Patriæ congruerent, ac sibi utrinque or-
namento forent.

Gobelin. Persona.

R.

Romæ.

Quæ miseranda videt, veteris vestigia Romæ,
Ille potest merito dicere, Roma fuit,
At, qui celsa novæ spectat palatia Romæ,
Hic poterit merito dicere, Roma viget.

Georgius Cassander.

S. Sca-

S.

Scaphusiæ.

Sub ticeâ mne tuas piscosa Scaphusia laudet
 Conspicuum Helvetiæ sydus benè digna Ca-
 mantis

Gloria Teutonica Germano in littore terra?

Utilis & bello, vincendôque utilis hosti.

Quam propius liquidi facies nitidissima Rhênâ

Alluit, hic rapidus resfluente in gurgite Vortex

Cernitur, Euripum referens, Scillaq; voracis

Latratus: hic unda alti de vertice montis

Lapsa, ruit praeceps sterilémque eructat arenam,

In circum, sursúmque volans portendere nubem,

Aut nebula speciem, & cælum pulsâsse videtur.

Glareanus.

Solodori.

Urbis, quam Roma simul sociam, Treverique
 sororem

Appellent, Solodurum ingens, te scindit & ambit

Ipsæ Arvæ, en tibi sunt sacris Thebæa sepulchris

Corpora, quæ quondam à Nilo Memphiticus heros

Duxit in hoc Ursus cælum, dum vita manebat,

Martyrij ut palmam, & dignos heros triumphos

Acciperent omnes pro chari nomine Christi.

Accipe quod volui breviori dicere versu:

Ursinum servas morem, forissimâ bello

Pectora habens nullôque nunquam perculsa timore,

Ut Romam factis aquis, vincâsque sororem.

Swolke

Svvolæ.

Svvolæ diu celebris meruit virtutibus arma,
 Quæ populum fortem nobilitare solent.
 Inde salutaris veteri pietate, fidæque
 In Tripolim recipi fadere digna fuit.

In Spiram.

Spira æqui justique domus, domus inclita Re-
 gum.

Quæ vix est Rheno filia pulchra magis.
 Illustis triplici, divum bonitate, senatu:
 Cleri, assessorum Caesaris, atque Patrum.
 Quod diadema tuo clementia Numina Divum
 Conservent capiti Regia Diva diu.
 Caspar Bruschiu.

T.

Tiguri.

Salve belligera celeberrima gloria gentis
 Tigurum, Urbs orbi, & pando notissima calo:
 Cui pro nominibus, meritisque & fortibus ætis
 Nulla sat esse potest immensi gloria mundi.
 Te mediam scindit viventi Limagus unda,
 Et super incumbit squamosis piscibus ingens
 Amne lacus; vitreoque relucent gurgite ripe.
 Nubiferas turreis, quid tam sublimia fronte
 Tecta, quid ablotas splendenti fonte plateas
 Commemorem? fora quid dicam? quid templa re-
 censeam

Atria

Atria caliculis, & dignas regibus aula?

Urbs calo, & Superum rectori chara supremo.

Glareanus.

Trevirensis Urbis encomium.

A *Rmipotens dudum celebrari Gallia gestit,
Treveticaque Urbis solium, qua proxima
Rhenos,*

*Pacis ut in media gremio secura quiescit,
Imperij vires quod alit, quod vestit, & armat.
Lata per extantum procurrunt mania collem,
Largus tranquillo pralabitur amne Mosella,
Longinqua omnigena vectans commercia terra.*

Ausonius.

V.

Vranix.

U *Rana post ingens, Tauriscâ gente creata,
Progenies Gallorum antiqua, per ultima belli,
Fortunaq; pericula in has compulsâ latebras
Delituit multis annis, ignobile fessa
Ocium agens, donec claris Habspurgius Heros
Ductor in Helvetiis multâ virtute Rudolphus
Surgeret Ausony praelata in culmina regni,
Ad veteres rediit mores, sunt robora prisca,
Atque eadem virtus, eadem est audacia membris;
Nemo illo major bello, nemo acrior armis,
Hec nostri fons imperij, qua prima tyrannos
Corripere est ausa, & volitanti plectere ferro.*

Glareanus.

AREO.



AREOLA II. INSCRIPTIONES TEMPLORUM, ET SACELLORVM.

Inscriptio Honoraria
Templi D. Petri in Vaticano.

Siste Viator.

Hoc templum est Orbis angulus
Sed orbe majus

Quo vel cœlum desiluit
Vel è quo nos subslimus in cœlum.

Ante ingressum

Ampla patet area

Quasi proscenium majestatis.

Surgit in ea obeliscus

Debellatorum inferorum trophæum

Deinde eminent gradus

Quibus fit facilis ad Superos ascensus.

Post gradus

Sese ingens effundit Porticus

Sen potius portus generis humani.

B

Neg

*Nec casu columnis prospectus nititur
 Ut sciant primo adfectu mortales
 Hoc esse mundi columnen.
 I nunc, ingredi,
 Non templum sed cælum videbis
 Aut Vicarium cæli templum.*

**Templi S. Joannis Lateranensis
 Romæ.**

Dogmate Papali datur, & simul Imperiali,
*Quod sim cunctarum mater caput Eccle-
 siarum,
 Hinc Salvatoris cœlestia regna datoris
 Nomine sanxerunt, cum cuncta peracta fuerunt.
 Sic vos ex toto conversi supplice voto,
 Nostra quod hac ades tibi Christe sit inclyte sedes.*

**Romæ Ædi sacre inscripsit Hilarus
 Papa.**

Ad fontem vite hoc aditu properate lavandi,
Constantis fidei janua Christus erit.
 Hic locus olim sordentis tumuli squalore con-
 gestus, sumptu & studio Christi famuli Hilari
 Episcopi, juvante Domino tanta ruderum mo-
 le sublata, quantum culminis nunc videtur ad
 offerendum Christo Deo munus, ornatus at-
 que dedicatus est.

Baronius.

Ibidem,

TEMPLORUM, ET SACELLORUM. 12
Ibidem.

SOcietas Sanctissimi Salvatoris Ædiculam
Hanc Sanctæ Mariæ Imperatrici dicatam,
Magni Gregorij Papæ Veneratione & Populi
Religione celebrem, vetustate labentem, In-
stauravit M. DC. VI. Vincentio Capoccio,
Francisco de Molaria, Paulo Mellino Custodi-
bus, Francisco de Rusticis Camerario.

Romæ in Ecclesiâ S. Laurentij in Dama-
so hoc olim erat Epigramma.

Quisquis plena Deo mysteria mente requiris,
Huc accede, domus religiosa patet.
Hæc sunt tecta pio semper devota timori,
Auditumque Deus commodat hic presibus.
Ergo lethiferos propera compescere sensus,
Jam propera sacras letus adire fores.
Ut transacta queas deponere crimina vite,
Et quicquid scelerum noxius error habet.
Antica Felicis Magni clarissima conjunx,
Sumptibus hæc propriis edificavit opus.

Romæ in Superliminari Portæ maximæ
Ædis D. Bartholomæi Apost. inscriptum
erat.

Tertius istorum Rex transtulit Otto piæ,
Corpora queis domus hæc sit redimita viget.
Quæ domus ista gerit si pignora noscere queris,
Corpora Paulini sint credas Bartholomæi.

Baron. 22, 1113.

Romæ in D. Mariæ vulgò de Pace.
VIRGINI PACIS

VOta pro Orbis Christiani concordia ac
 tranquillitate dudum suscepta, æde illius
 aucta & exornata, Alexander VII. Pont. Max.
 supplex repetit An. Sal. M. DC. LVI. Pont. II.

Romæ.

D. O. M. S.

JO. Petro Cribello Mediolanensi Civì Rom.
 Eq. Paulliano
 Viro integro Innocenti ac Religioso. Qui
 De Brephotrophiis, Ptochodochiis & Nosocomiis omnib.

Benemereri nunquam desit.

Cellam hanc quoque D. Mar. Magdalenzæ
 dicatam

Perpetuo Sacro Faciundo exornavit &
 auxit.

Vixit Ann. LXXXIX. Obiit VIII. Id.
 Jun. MDLII.

Jo. Angelus Cribellus Patruo Opt. Poni cu-
 ravit.

Ædis Lauretanæ honoraria
Inscriptio.

DEine Domus est?
 An cœlum Terræ?

Stat

Stat seipſo:

Suo tempore

Non infra æterna & ſtabilis :

Caduca

Angelorum manibus adveſta

Trahit ad ſeſe

Quidquid ubique illuſtre

Naturæ, artis, gratiæ opera

Homines, Angelos, DEUM,

Ignota quadam omnipotentia

Quaſi novum magnitudinis centrum.

Niſi potius novum cœlum

Et nova terra eſt.

Hoc Cœlum

Decebat exinanitum Deum :

Hæc terra

Placebat, non inanis & arida

Sed ſæcunda verbo.

Cœlo & terrâ conſtare debebat

Domus capax Dei hominis

hic

VERBUM CARO FACTUM EST.

An excelsius eſt infinito

Inſinitum in parvo ?

Ignatius Bômplanus.

Mediolani in æde D. Stephani.

Theodorus I. Trivultius

Piceleonis Marchio Comes &c.

B 3

Præſus

Prius Imperator quàm miles.

Non militaribus stipendiis,

Sed Imperiis Gloriam atuspicatus,

In primo ætatis flore Gallorum atque Arago-
num Regum

Magnis præfuit exercitibus Mediolani Gu-
bernator.

Mox ævo maturior Venetæ Reip. Impe-
rator

Bellicam virtutem Triumphis,

Triumphos Religione consecravix

Sacello hoc à fundamentis erecto

Ac magnificè ditato

Sub felici nominis sui omine

Sancti Theodori Martyris.

MDXXIX.

Romæ.

SAcellum hoc in honorem B. Philippi Nerii
Florentini Congregationis Oratorij Fun-
datoris Nerus de Nigris Nobilis Florentinus
ob singularem in beatum virum pietatem à
fundamentis suis sumptibus magnificentissimè
extruendum curavit. Anno Jubilei Millesimo
Sexcentesimo Mense Julio, Die octava Festi
SS. Apostolorum Petri & Pauli, Clemente VIII.
Pont. Pontificatus Anno Nonno.

Taren-

Tarenti in Basilicâ S. Antonij.

Joannes Antonius de Baucio de Urſinis Tarenti Princeps, Dux Barij, Lycij Comes, Regni Siciliæ magnus Conestabulus, &c. Hanc construi fecit Ecclesiam sub vocabulo & nomine beati Antonij, aânis Christi M.CCCC.XLVIII.

Alia tabula rudiores quosdam Versus, quales ætas illa parturiebat, continet :

Hæc domus Antonio Patavino sacra locatur,

Principe Joanne Antonio dominante Tarenti,

Sub quo Præses erat fidus Nicolaus ibidem

De Cupressano Leonardo milite cretus,

Mille quatercentum septem Sol aureus orbes

Arce sub Æthereâ Christi quadraginta rotabat.

In Ecclesiâ Marsicensi.

D. O. M.

Ecclēsiā hanc Cathedralem,
Exædificatā à Fundamentis Parte Superi-
Odzo item & Sacrario, (ore,
Amplificavit

Josephus Ciantes Rom. ex Ord. Præd. Episc.
Sed & (Marsic.

Ecclesiam Catholicam exemplo memo-
rando

Ædificavit,

B 4

Salò-

Salomonis æmulus in templi constructione
Malleum audiri prohibens

Scilicet

Anno Sal. M. DC. XLIII.

Canonici & Clerus Marsicensis

Tanti Præfulis adorata gloria

Memoriam consecraverunt.

Ibidem.

D. O. M.

Timotheo Caselio
&
Josepho Cianti
S. T. MM. ex Ord. Præd.
Episcopis Marsicen.
De Ecclesia Benemeritis.

Quorum alter
Episcopalia munia & Proventus auxit.
Alter

Templum hoc amplificavit.
Sed & jura & jurisdictionem longo tempore
In hac Diœcesi occupatam acerrimè in
Rom.

Curia defendit in pristinumq; restituit.
Pius uterque ac prudens.
Ille in cœlum jam receptus est:
Hic diu vivat in terris,

Inter

TEMPLORUM, & SACELLORUM.

52

Inter astra aliquando regnaturus.

Canonici & Clerus

M. PP.

An. Dom. M. DC. XLIX.

Ibidem.

Josephus Ciantes Rom.

Ex Ord. Prædicator. Episc. Marsicen.

Templum hoc

Partis Superioris accessione Sacrarij
quoque & Odæi

A fundamentis auxit & exornavit.

Regionum Dioceseos Marsicensis insi-
gnia è marmore

In obsequium S. Georgij, & obedientiam Epi-
scopi absolutam,

Rogatu ipsarum, & impensâ collocavit.

M. DC. XLIII.

Urbano VIII. Pont. Max.

Romæ in D. Mariæ supra Minervam.

Cardinalis Antonius Barberinus,

Ordinis Prædicatorum Protector,

Ob singularem

In sanctam Catharinam Virginem

Senensem eiusdem Ordinis

Pietatem,

Cubiculum

Ubi Seraphica Virgo

B 5

Spon.

Sponsum nunquam Occidentem Solem exce-

Unde

(pit

Ad semper Orientis thalamum evolavit,

Ab antiquis ædibus seiunxit,

Et in hoc Sacrario ad maiorem eius cul-
tum

collocavit,

Anno Dom. M. DC. XXXVII.

Neapoli.

O Sacram mutationem, ô sanctam!
Castorem Pollucem

Dioscuros

Hocce olim in templo

Vani colebant Ethnici

Petrum Paulum

Christi Discipulos

Hocce nunc in templo

Veri colunt Christiani.

O sacram mutationem ô Sanctam!

Mediolani in D. Eustorgij.

Sacellum hoc situ viſtum planèq; obſoletum

Io. Baptiſta & Bonifacius Fratres Sacci

Ere ſuo in faciem hanc mutârunt,

Deiparæ Gratiarum Matri nuncupârunt.

Altero in D. Alexandri

Sancto Io. Baptiſta decollato extructo,

M. DC. XXX.

Gen-

TEMPLORUM, ET SACELLORUM. 27

*Gentilium insuper sepulchrum quod vicinum erat
Huc transtulerunt dote annua legata quotidiano
Sacro pro se suisque ad hanc aram perpetuo
Faciendo, puellisque decem annuatim locandis.*

Ibidem.

D*iva Maria semper Virgini & Jesu Christi
Salvatoris Matri sanctissima.*

*Rosarij Sodales suâ & aliorum Piorum pecuniâ,
Collam hanc plasticæ, auro, picturâ exornarunt.
An. MDLXXI.*

In Oppido Canturio Diocesis Me-
diolanensis.

S. CAROLO,

C*ujus incomparabilem sanctitatē auctori-
tate Apostolica examinavit: Quémque in
suum ac Familiæ Patronum adoptavit, Philip-
pus Archintus Episc. Comensis ac summi Pon-
tificis assistens, Sacellum hoc à fundamentis
extruxit M. DC. XVII.*

Mediolani ad D. Stephani.

F*Lamma vorax prisce consumpsit culmina
Templi.*

*Quod specie forma nulli cedebat in Orbe,
Temporibus multis fuerat decus istius Urbis.*

*Omne manufactum recipit post tempora casum
Corruit cernino collapsum surgit ab imo,
Sed primi cultum nequit equiparare secundum.*

Plebs

*Plebs spectando time: peccatum causa ruina.
 Te prius adifices, tunc Materiale reformes,
 Sic templum Domini placet illi fabrica Templi.
 An. Dominica incarnat. MLXXV. Indict.
 XIII. Kal. April. FERIA II.*

Mediolani.

Divo Joanni Evangelistæ
 Cœlestis Consilij Cancellario
 Tutelari præcipuo
 Sacellum
 Collegij Causidicorum & Notariorum pietate
 olim
 Exstructum, dicatum, dotatum,
 Ne perpetuæ in Patronum Clientelæ
 Pignus ac stimulus
 Unquam intereat,
 Octavianus Belingerius
 Feudatarius
 Et Jo. Baptista Colnagus L. C. & Abbates
 Instaurari curarunt
 Ann. XXXXVI. Supra MDC.

Ibidem ad D. Nazarij.

Joan. Jacobus Magnus Trivultius Marchio
 Viglevani Marschal. Franciæ inter milita-
 res labores Religionis observantis. Sacellum
 hoc Assumptæ Virgini erexit & dotavit
 M. DC. XVIII. Nonis Aug.

Medio-

Mediolani in æde Eustorgianâ.

Sacellum hoc Deo Opt. Max.
Sanctisque Angelis
Hominum Custodibus Gloriæq; Sociis dica-
tum.

Petrus Andreas Cæsaraugustan.
Veteranus miles annua pro re divina
Quotidie facienda dote constituta,
Positôque sibi posterisque suis sepul. vivens
Instaurandum curavit. An. MDXCIII.

Ibidem.

D. O. M.

Divo Petro Ordinis Prædicatorum tribus
coronis Doctrinæ, Virginitatis, & Mar-
tyrij VIII. Id. April An. MCCII. donato, cu-
jus corpus miraculis clarissimum Jo. Viceco-
mes Mediolani Archiepiscopus & Dominus, u-
niversi Ordinis Prædicatorum Synodo, & om-
ni Populo Mediolanensi inspectante, in Arca
ex Alabastride lapide singulari artificio perfe-
cta summa Religione condidit An. MCCGXL.
Fratres & filij ejusdem Ordinis *coacta stipe à*
piis hominibus Cellam hanc duplicem refece-
runt, Plasticæ, & Picturâ ornaverunt Anno
MDXCIII.

Tem-

Templo maximo Mediolani ponenda.

D. O. M.

D*um Libitina tota urbe sine discrimine
 Nascentes in pueros savit,
 Proxima solitudini Civitas Mediolanensis,
 Dei Matris opem implorans,
 Damnata voti,
 Templi molem hanc pario lapide extruxit
 Sacram Virgini Matri nascenti,
 Perpetuum servata urbis Monumentum.*

D. D. D.

In Castello Meda agri Mediolanensis.

Parrocchiam
 Hanc Ecclesiam
 Ab Hyppolito Card. Estense
 Sacris Virginibus
 S. Victoris,
 Ad preces Nicolai Sicci
 Justitiæ præfecti,
 Concessam
 Julius III. Pont.
 Templo Canobij
 Perpetuo univit
 Anno MDLIII.

Tem-

Templó DD. Pauli & Barnabæ Me-
diolani,

D. O. M.

SS. Apost. Pauli & Barnabæ,
Nominè
Ecclesiam

A Cler. Reg. S. Pauli Decollati,
Vetere Diruta ædificatam,
Melchior Cribell. Episcopus Tagast.
Anno MDXLVII.
Cal. Novemb.

Altare Majus.
Carolus Card. S. Prax.
Archiep. Mediol.
Anno MDLXIX.
Non. Sept.

Consecraverunt.

In oppido Codonio Provinciæ Me-
diolanensis.

D. O. M.

DEianira Comnena ex stirpe Cæsarum
Sereniss. Constantini Macedoniæ
Principis F.

Georgij Comitiss Trivultij Uxor
Pientiss.

Ut vinceret Fortunæ invidiam,
Quam

Quam adversam invicta sustinuit,
 Otthomanica licet Tyrannide
 Patriis exuta domiciliis,
 Templum hoc splendide induit
 Profusis donis pie legatis.

Bononiæ in D. Pauli.

D. O. M.

Pro defunctis

inter flammæ

DUM anhelantibus

Pia Sodalitas

Ad gloriæ celebritatem

Sacellum hoc

erexit.

Anno Dom. M. DC. XLV.

Albani in Templo Cappucino-
 rum.

D. O. M.

Flaminia Columna Gonzaga,

Ut, ubi olim errabundi Troianorum Preseres

Falsam Religionem coluere,

Nunc harentes Christo pauperes

Veram foverent, auferent;

Templum, ades à fundamentis extruxit,

ac D. Bonaventura Albani

Episcopo dicavit.

Anno Dom. M. DC. XIX.

Vero-

Veronæ.

Liliata Deipara Maria,

Hanc tibi ædem

Liberalitate Veronensium eximia

exædificatam,

Derelictæ fœminæ

Quæ in hac Prochia agunt,

Dicant, deducant

Devotæ Numini Majestatiq; Tuæ

Uti sis eis semper propitiata.

Anno M. DC. V. Kal. Aug.

Lucæ in Templo B. V. M. & S. Lucie.

AD Honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virgini-
nis, & Beatæ Lucie Ecclesiam istam fieri
fecit Franciscus quondam Bartholomæi Gui-
nigi pro remedio Animæ suæ, & suorum ma-
ximè parentum. Qui etiam ob Sanctæ hujus
devotionem una cum fratre Guillelmo Gilio
tunc Guardiano Lucensi, cæterisque Fratribus
Lucensis Conventus ad sonum campanæ pro-
cessionaliter advenientibus, & cantantibus
solemniter Deo laudes, in hujus Ecclesiæ fun-
damento propriis manibus lapidem posuit
primum. Anno D. MCCCLIII. Indictione
VII. die XVII. Februarij.

Lucæ in Sacello B. V. à Saxo dictæ.

Lucensium Terra ut quædam Cœli pars
est C Lucæ

Luciferi alterius perduellione gravata dehiscit.

Et scelera malens deglutire, quàm regere
Ubi uni ad inferos, multis ad Superos
viam pandit.

Hiatum quid hunc exhorres Viator?
Nusquam arctiorem videris ad Erebum januam

Tam multi non intrarent per illam,
Nisi apud alios pateret amplissima, quæ apud
Lucenses angustissima est.

Perjurus aleator unà cum indusio humanitatem omnem exutus

Nudum Deum, nudus laceffit ad luctum
Et VERBUM quod verba non prosternerent, adortus manu.

Duritiam suam omnem obvio jaculatur
in saxo

Urbis sibi commissæ muro Filium MARIA non
patitur excubitorum perire

Quem olim subduxerat Herodis gladio
Lædi saxo non vult (Puerum
Indignum reputans, si qui apud Lucenses vel ipso

Crucis vivebat in ligno

Apud eisdem spectaretur mortuus Matris
in gremio: (onerans

Omnem igitur miserationem in lavam
Dexteram expedit in ulcionem

Et

TEMPLORUM, ET SACELLORUM. 35

Et se unam vulneri aperiens, illud è damno
lucrum reportat

Quod dato etiam pro Christo sanguine vera
Virgo Martyr jam est.

Periclitante jam non Dei solùm Filio, sed
& Matre

Parfuit iterum scindi petras, & monumen-
ta laxari.

Coeli ruentis iras impiata prævenit
tellus

Et quæ saxum ministraverat culpæ, hiatum
commodans pœnæ

Seu haustura non jam Abelis sanguinem, sed
Dei Matris,

Seu in tam execrandam æternùm declama-
tura proterviam

Nunquam claudendum aperit guttur.

Abit in locum suum

Non tam Deum fugiens, quàm seipsum
blasphemus

Et igneo audus balneo merfus jam
discit

Patère Lucam miseris ad Asylum, perdi-
tis ad sepulchrum.

Fugite Urbem in qua Christus omni regnat in
folio, Christi hostes

Sola vos alibi jura, hic ipsa etiam vos pu-
Elementa.

Aloysius Juglaris.

Ibid.

Ibidem in D. Augustini.

Simon Boccellius

Vir ingenio, rebus gerendis illustris

Anno M. CCCLXIX.

Rempubicam pecunia mutuata

Intestino vindicavit incendio

Pacem restituit

Gloriam sibi constituit ingentem

Sacellum hoc D. E. I. paræ erexit,

Caius Patrocinio iter sibi direxit

ad Superos.

Romæ in Templo S. Stephani.

*Opus quod Basilica Beati Martyris Stephani
Defuit, à Joanne Episcopo marmoribus inchoa-
tum,*

*Juvante Domino, Felix Papa addito Musivo
Splendore sanctæ plebi D E I perfecit.*

Aspicis auratum Cœlesti culmine tectum,

Astriferumq, micans præclarè lumine factum.

Domino juvante Felix Episcopus D E I famulus

Forum Basilica Beati Martyris

Stephani Musivo & Marmoribus decoravit.

Baronius.

Templo maximo Pisarum.

Assumptæ Imperatrici

Vetus Pietas Pisana

Novo litavit apparatu.

Ne

TEMPLORUM ET SACELLORUM. 37

Ne quid sacrarum Ædium æternitati dēesset,
Limpida perennitas aquarum accessit.

Hac, aut hac oculos circumvolve

Ubique aut spolia Orientis

Aut barbaræ hostium manubiæ occurrentis

Quas non avari Victores Pisani

Augustæ monumenta Virgini dicarunt

Hæc quaterna miracula operum

Si videre incipies

Septena Antiquitatis admirari defines.

Templi Camberienfis

Societatis Jesu,

Dedicationes.

Christina Francica

Pares origini fines habens

Nullam Carolo Socero,

Nullam Victori Marito

Passa laudem perire,

Regiam ntriusque magnificentiam

Æmula liberalitate coronans.

Ab Henrico Patre haustum

In Societatem JESU amorem

Hoc tam ingenti argumento

Prodebat.

Anno Domini. M. DC. XLIV.

INSCRIPTIO II.

Maria filia hic iterum agnoscenda Christi
Ariana.

C 3

JESU

JESU Matris honoribus
 JESU Socios munerata,
 Hoc pietatis exemplum Filio,
 Gloriæ complementum
 Marito, & Socero
 Absolvebat
 Anno Domini M. DC. XLIV:

INSCRIPTIO III.

Duos Mariæ debens Emanueles
 Christiana
 Alterum DEI Filium,
 Alterum suum,
 Se pro utrôque professa gratissimam
 A Marito, & Socero
 Magnifice coepta perficiens,
 Patronæ piissimæ
 Triâ sibi carissima
 Regnum, Regem, & Regiam
 Commendabat.
 Anno Domini, M. DC. XLIV.

Aloysius Inglaris.

*Inscriptio Templi Corporis Christi,
 Taurini.*

O Ceurrite Cives tanto hospiti : apud vos
 iterum, hospes Christus est. Non antiquate
 beneficium; quod quia æternum est, semper
 est novum.

Alia

Alia Inscriptio Eiusdem.

Abite procul hinc bella : præoccupavit urbem hanc DEVS Pacis. Adeste Cives, & Pacem, quam non invenitis in terrâ, & coelo querite. Jam apud vos non Hospes est Christus : jus Civitatis acquisivit : Populares suos Princeps Pacis inter arma non deseret : tueri vos potest, quia DEVS ; vult, quia Civis.

Taurini.

Civitas Taurinensis
Eundem dum moreretur experta Patronum
Quem Christus dum viveret Patrem.
Sopitâ peste voti rea
Sacellum hoc pos.

Inscriptio Templi Maximi Senarum.

Alex. III. Sen. ex. Bandinella. familia. Pontif. Max.

Restituta Christ Rep. & Rom. Eccl. pacata
Regibus. Venetisque. de. ea. B. M. decoratis.

Hanc Virginis ædem Deo sacravit
Multisque indulgentiis ditavit
A. D. M. C. LXXIX. Mens. Nov.
Jugurtha Tommasius ædituus
Repetita Memoria
M. D. X. C. I.

INSCRIPTIONES

Patavij.

Petrus Cardinalis Valerius Patavinus Episcopus

HOc Sacellum familiæ Zabarellarum gentilitium testamento funditus refici jussit, ac magnificentiùs extrui; præterea ad rem divinam per plures Sacerdotes obeundam sumptum suppeditari. Collegium Canoniorum, quibus cum hæreditate ea procuratio obvenit, vetere cella diruta ad Odæ fastigium perducta testudine Aræ suggestu altius subvecto signis atque opere coronario novam hanc molem templi majestate ac testatoris animo dignam excitârunt.

Anno M. DC. LI,

*Notæ in suburbanâ S. Felicis
Ecclesiâ,*

Parvus erat locus antè, sacris angustus agendis,

Supplicibusque negans pandere posse manus,

Nunc populo spatiosa sacris altaria præbet
Officiis, medijs Martyris in gremio.

Cuncta Deo renovata placent, novat omnia
semper

Christus, & in cumulam luminis ampli-
ficat.

Sic

TEMPLORUM, & SACELLORUM. 41
Sic & dilecti solium Felicis honorans,
Et splendore simul protulit, & spatio.

Veneriis in D. Georgij Majoris.

DEOPT. MAX.

ET DIVIS

Præstitibus juvantibus Georgio, Stepha-
nôque, qui est Protomartyr, dicatum, de-
dicatum esto hoc templum quod sanctus Mo-
nachorum Ordo de sua impendia opere cul-
tûque omni ampliavit. Exequente Domini-
co Colonien. Archimandrita. M.DC.X. Leo-
nardo Donato, Príncipe Maximo, felici,
perenni.

Mediolani ad D. Dionysii.

Antonius Leyua

Sanctiss. fœderis in Italia

& Casarei exercitus Imper.

Rei Mediol. vice sacra Gubernator

Princeps Asculi

post innumeras pugnas & victorias

pacatis hostibus

Hoc Divi Dionysij Templum

vetustate & bellis collapsum

pro Diva Virginis Paradysi Aede

jam sublata

annuo censu ad hoc constituto

in meliorem formam restituens

ampliavit

An. à salute Mundi MDXXXV.

*Antuerpiæ apud Cappuccinos in
Templo.*

A Ntwerpia Cathol. Relig. libertati restit.
Philippus II. Hisp. Rex ac Belg. Domi-
nus PP. Cappuccinis Ord. B. Francisci à SS.
Apost. pio eius postulatu in Belg. missis, pri-
mum hoc Cœnobium F. J. Curante Philippo
Veuselio Consil. Regio An. Dh. MDLXXXVI.

*Romæ in Templo Cappuccino-
rum.*

D. O. M.

*Flaminia Columna Gonzaga,
Ut, ubi olim exrabundi Troianorum Proceres
Falsam religionem coluere,
Nunc hærentes Christo pauperes
Veram foverent, augerent :
Templum, Ædes, à fundamentis extruxit,
Ac D. Bonaventura Albani
Episcopo dicavit.
Anno Dom. M. DC. XIX.*

In Templo Monasterij VValdsassen.

A Nnos quindecies centum tria lustra,
duobusque
Virginis à partu fidei numerabat Amator :
Luce Novembris in octava : dum sacra qua-
ternis Festa

Festa Coronatis agerentur : dedita Christo
Hæc sunt templa Deo, à venerando Antistite
Petro

Krafft, sacrata suis & sunt altaria sanctis :
Sic primam Mariæ Comitique suo dedit aram
Cætera stant tutelæ aliorum Altaria divum.

In templo Monasterij Rebdorf-
fensis.

*Magnificum templum sexenni construit Orbe
Ex fundo, claustrum circuitque colit.*

*Jungens huic adi raptim Xenodochia bina
Annonam cunctam multiplicare valens.*

*Ædi sacre B. V. M. ad Lacum
Cellensem.*

D. O. M.

Divæ Virgini Mariæ Cellensi Patronæ Auxi-
liatrici honori

Ædes has sacras senio obscuras

Turri ex fundamento erectâ in fasti-
gium, suâ curâ exornavit

Cœlestinus Abbas Monseensis

M. DC. LXXII.

Mediolani.

B. V. Mariæ sine Macula Conceptæ
Christianæ Doctrinæ Campi Sancti
Patronæ

Federicus Card. Borromæus D.

Ve-

Veronæ ad Divi Georgij.
 NUMINI SANCTO PROPITIATO
 DIVI GEORGII
 POLLENTIS, POTENTIS, INVICTI
 PIE, RITE, SOLEMNITVS
 SACRVM, DICATVM, ESTO.
 M. D. C. II.

Templo Dianæ Ephes
 EMPORITANI POPVLI GRÆCI
 HOC TEMPLVM SVB NOMINE
 DIANÆ EPHES. EO SÆCVLO CON-
 DIDERVNT
 QVO RELICTA GRÆCOR. LINGVA
 NEC IDIOMATE PATRIÆ IBERÆ
 RECEPTO IN MORES IN LINGVAM
 IN JVRA IN DITIONEM CESSERE
 ROMANORVM
 M. CETEGO ET L. APRONIO
 COSS.

Romæ in monte Caelio.

Templo Concordiæ.
 S. P. Q. R.
 AEDM CONCORDIÆ VETVSTATE
 COLLAPSAM IN MELIOREM FA-
 CIEM OPERE ET CVLTV SPLEN-
 DIDIORE RESTITVERVNT.

Tem-

Templo B. M. apud Indos Occidentales.

OCives, ô Posteri, qui antiqua majorum facta scire in animo habetis, magno poteris futura exemplo. Leo X. Pont. Max. Gente Flumentina, & Romana emissus è familia Medices, ex Ursina Matre est. Leo Veri Dei Vicarius, iudicio Divino, ingenio per totum Orbem sublimi agens hos parietes Magni Templi Divæ Mariæ à supremo illo Petri solio, quod in Latio est, erigi fecit, multa illis imposita, qui duram cædem in miseros Insulæ Hispaniolæ indigenas, qui damnata in antiquos scelera putârunt.

Templo Reip. Rom.

IMP. CÆS. L. SEPTIM. SEVERO
PIO PERTINACI AVG. PARTH.
ARAB. ADIABEN. PACATORI ORBIS,
ET FVNDATORI IMPERII ROM.
IN HONOR. REIP. MATRI TEM-
PLVM. D. D.

Templo Cybeles & Isidis.

MATRIDEUM ET ISIDI
C. MENASIVS C. FIL. FAB.
SEVERVS FANVM REFECIT
ET PRONAVM DE SVO FECIT
EX VOTO.

Parisius

Parisiis inscriptio Templi S. Victoris.

Illustris genitor Ludovici Rex Ludovicus
Vir Clemens, Christi servorum semper ami-
cus

Institui fecit Pastorem Canoniorum

In cellâ veteri trans flumen Parisiorum

Hanc vir magnanimus almi Victoris amore

Auro, Reliquiis ornavit, rebus honore.

Sancte Dionysi, qui servas corpus humatum

Martyr & antistes Ludovici solve reatum.

Christi centeno cum mille decem & tribus
anno

Templum hoc Victoris struxit Regalis hono-
ris.

Baronius an. 1113.

*Templo Christi in Civitate S. Dominici
apud Indos Occidentales.*

Ieo X. Pont. Max. in Urbe Fluentia or-
tus è nobili Illustriori Medicorum Gen-
te hoc templum in axe à toto orbe remoto ob
commune fidelium Christi bonum fieri im-
peravit.

*In Sacello S. Gabrielis, ad S. Sebastia-
num Saluburgi.*

D. O. M.

Illustrissimus & Reverendissimus Princeps
Iac Dominus, Dominus Wolfgangus Theo-
dori;

doricus, Archiepiscopus Salisburgensis, hanc sub Divo Tutelari Gabriele Archangelo sacram Ædem, circumsepto porticibus Cæmeterio, in augmentum pietatis à fundamentis abs se extructam, & omnimodâ arte exornatam, hisce legibus ad notitiam piæ posteritatis constituit. Bini Sacerdotes per vices singulis diebus Sacrum dicunt: pro fidelibus vivis & defunctis exorant: Fundatoris imprimis, & sanguine junctorum memoriam devotè agunt: salarium uterque mensurum decem, ædituus quinque florenorum accipit: Nostræ Oeconomix Præfectus reddituum administrationem habet: accepti expensique rationes ad hoc singulariter Deputatis quotannis præstato: Jura præmissorum cum collatione Successores Principes Archiepiscopos sequuntur. Quisquis hanc mentem violare attentaverit, is DEUM O. M. Judicem vindicem expectato.

Salisburgi in æde S. Joannis.

*Ad Majorem SS. Trinitatis Gloriam,
Ejusque dilectorum SS. Joannis Baptista, &
Joannis Apostoli & Evangelista honorem,
Hanc Ecclesiam vetustate collabentem pristino
Robori & nitori restituit, inopem dotavit,
novis
Altaribus & S. supellectile exornavit,*

Maxi

MAXIMILIANVS GANDOLPHVS

*ex Comitibus de Kuenburg, Archiepiscopus &
Princ. Salisb. S. Sedis Apostol. Leg. Nat. &c.
&c. Anno M. DC. LXXXI.*

Ad B. V. in Plain, extra Urbem

Salisburgensem.

DEo Uni & Trino, Deiparaeque Mariae
Virgini Matri Consolationis & pacis,
hanc Ecclesiam & aram extrui fecit & dedi-
cavit

MAXIMILIANUS GANDOLPHUS

*ex Comit. de Kuenburg, Archiepiscopus &
Princeps Salisburg. Sedis Apostolicae Le-
gatus Natus, Germaniae Primas, Dominicus
ante Assumptionem B.M.V. Anno Domini
M. DC. LXXIV.*

**Sacelli SS. Philippi & Jacobi in monte
Fyrstenberg.**

D. O. M. S.

Ferdinandus D. G. Episcopus Paderbor-
nensis, S. R. I. Princeps & Com. Pyrmon-
tanus, Sacellam gentilitium SS. Philippo &
Jacobus Apost. antiqua Fyrstenbergiorum re-
ligione positum, Theodori Episcopi Paderb-
magni patris sui impensis restructum, injuria
deinde temporis & bellorum iterum labefa-
ctum instauravit, ornavit, ampliavit Anno
M. DC. LXV.

Terra-

*Templi Parochialis in Obernkirchen,
Fyrstenbergiorum dynastia.*

D. O. M. S.

Ferdinando Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Paderbornensi, S. R. I. Principi & Comiti Pyrmontano, Huius Ecclesiæ in Obernkirchen S. Gertrudi Virg. sacre reſtitutori beneficentiſſimo, Theodorus Casparus Moguntinus & Spirensis Canonicus & Conſiliarius: Wilhelmus S. D. N. Alexandri VII. P. O. M. Cubicularius intimus, Præpoſitus Monasterienſis, Canonicus Trevirensis, Salisburgensis, & Paderbornensis, Præpoſitus in Buſtorff, Prior S. Mariæ de Campeio in Alpibus Tridentinis, Salisburgensis & Monasterienſis Conſiliarius intimus: Franciſcus Wilhelmus Ordinis Teutonici Eques, Commendator in Brackel, Mariſcalus Aulicus & Conſiliarius Paderbornensis: Joannes Adolphus Hildeſienſis, Monasterienſis & Paderbornensis Canonicus & Camerarius, Satrapa in Biſtein, Waldenburg & Fredeburg,

FRATRES GERMANI.

Et Friderici fratris ſui Satrapæ in Biſtein, Waldenburg & Fredeburg Coloniensis & Paderbornensis intimi Conſiliarij, Superſtites filij, Franciſcus Emericus Canonicus Mo-

D

gun-

guntinus, Maximilianus Henricus & Ferdinandus liberi Barones de Fyrstenberg in Snelenberg, Fyrstenberg, Waterlapp, Herdringen, Advocati Hereditarij in Graffschafft/Dynastæ in Obernkirchen, grati demissique in fratrem, Patruum, & Principem suum animi monumentum posuerunt Anno M. DC. LXV.

DEO SACRVM.

Vir Nobilis Jacobus Angianus Eques Toparcha Kestergati, Wovenbroke, &c. hoc Sacellum, Rebellium & hæreticorum injuriâ disturbatum, suo impendio instauravit, ornavitque

PIETATIS GRATIA

ET

MEMORIÆ MAIORVM,

Quos hîc commune sepulchrum habuit,
ut Patrem eius Avumque in hac Urbe
Consules,

Proavunt Ludovicum in ea ipsa Prætozem,
Et præcipuè honori Joannis Angiani Equitis
Kestergati Toparchæ & Wannobrokæ
Vicecomitis Grimbergani, Duci Burgundiæ
A cubiculis, eius emque postea Oeconomi,
Viri varia virtute ac prudentia clari,
Et qui res Belgicas stylo complexus fuit.

Swertius in Brabantinis.

Tem.

TEMPLORUM ET SACELLORUM. 91
*Templo Salvatoris in Gallacia
barbara inscr.*

Quicunque cernis hoc Templum Dei honore dignum, noscito hic ante istum fuisse alterum hoc eodem ordine situm, quod Princeps condidit Salvatori Domino supplex per omnia Froila duodecim Apostolis dedicans bisseña Altaria. Pro quo ad Dominum sit vestra Oratio cunctorum pia.

Præteritum hic antea ædificium fuit partim à Gentilibus dirutum sordibusque contaminatum. Quod denuò à famulo Dei Adefonso cognoscitur esse fundatum, & omne in melius renovatum.

*Sit merces illi pro tali Christe labore,
Et laus hic jugis sit sine fine tibi.*

Baronius.

S. Ædis & Aræ inscriptio.
MARIA VIRGO, FRANCISÆ SERAPHICE

Tutelares mei,
Hanc vobis ædem, aramque dico, dedicòque,

Uti placati, propitiati

Me familiamque meam,

Et posteros

Foveatis, servetis, protegatis.

Ded. Sexto Id. Sept. & IV. noni Oct.

M. DC. IV.

Qui dies anniversarij sunt,

D 2

Hæc

Hæres testato, intestato, quisquis esto,
 Tres frumenti modios sex uvarum diotas
 Nigrariensi Ecclesiæ
 ea conditione,
 Uti Sacerdotes eius singulis diebus
 festis sacram rem hic patrent,
 Solvito pendito.
 Nihil hæres Sacerdotesque, uti dixi, faxine,
 Manes mei
 Ad impietatem contra hæredes Sacerdotesque
 ulciscendam
 Dei Optimi Maximi
 Opem imploranto:

Franciscus Pola.



AREO.



AREOLA III.
INSCRIPTIONES
ALTARIUM.

Inscriptio Antiqua Arae Jovis.

J O V I
OPTIMO MAXIMO,
SERVATORI
CONSERVATORI
P. ÆLIUS CHRESTUS
EX VOTO SUSCEPTO,
ARAM CONSECRAVIT.

*In Vico S. Christinae Diacesis Pisto-
riensis prope Florentiam.*

Alexander Dominici F. S. T. D. Ex Ber-
tiis Chrestinis hujusce Eccles. Patronis
Clementis Bonifj Episc. Biterren. in Gallia
olim Vicarius Generalis. Cujus munificencia
D 3 Prio-

Prioratum inibi SS. Petri ac Celsi de Salvianeto, nec non in Cathedrali conducieratum obtinuit: à multis tandem longisque itineribus Patriam repetens

Rector huius Ecclesiæ

Altare hocce lapideum

In honorem S. Christinæ V. & M.

Suo ære funditus instauravit M.DC.LI.

Ætatis suæ XLIX.

*Dedicatio Geminæ Aræ,
In Senensi Basilicâ,*

Societas Sancti Petri,

Cuius inextincta Pietas

Ante aram maximam

Duplici æternùm ardet in Cereo,

Non oblita Dei Matris honores,

Dum curat Filij,

Hæc aræ gemina

Mariæ Templum exornans,

Sodalibus mortuis nova suffragia,

Viventibus nova ad pietatem

Excitamenta concedat,

Anno Domini, M.DC.XLVI,

In eodem Argumento,

Sancti Petri affectus
Æmulata Societas,

Per viventium ornamenta
 Mortuis suffragia præparans,
 Ut olim binos ex ære Cherubin,
 Mutuato è ceris illustres lumine
 Ante veram huius Templi Arcam
 Stare pietatis suæ obfides iussit,
 Ita nunc una oblatione
 Binas è marmore has sacrificans,
 In durissima quaque materia
 Suum erga DEI obsequia studium
 Imprimebat,
 Anno Domini, M. DC. XLVI.

Aloysius Jnglaris.

Cremona.

Dia Mariæ,
 Quæ Mater, Quæ Virgo,
 Sacratæ nunc hi sunt
 Lapides
 In hoc altari sub dio
 Extructo,
 Qui olim defuerant,
 Sepulcralib. profanati molibus
 M. DC. XIII.

Franciscus Pola,

D 4

A D

AD ARAM VIRGINIS,

Lucæ in Sacello eiusdem

*de Saxo, in vetustissima Icone cruenta-
ta, ac proxima voragine vindicata,
Orantibus Monitum.*

B Arathro immines, Viator, gradum sus-
stine,

**Et in apertis adhuc Erebi faucibus tumula-
tum**

Blasphemum Aleatorem exhorre,

**Hic iacta in æternum alea decoctor perdi-
tus**

De calculis demissus ad lapides

**Lapideum in corde reliquum abiuratae pieta-
tis igniculum**

Unica etiam dilapidavit in filice.

**Nequissimus nimirum perduellis collusori
Satanæ foederatus**

**Dum Christo Saxa magis obtrudit, quam
exhibet,**

Pro Lucensibus in Deipara stationarium

**Aggreditur saxo de murorum pinnaculis
deturbare.**

Communem designata Mater ad ictum

**Dexterum in pectore vulnus filio gestiens
prægustare**

D 5

Refer-

Reservatam in dextera mucronibus pro-
lem

Repentè subducit in lævam.

Directè justitiæ Solem videres illapsum in
Virginem,

Prodigiôsè subito in Leonem retro-
gradi,

Et siccatis irato Deo clementiæ fontibus ter-
ram in hiatus discindi.

Saturatus utique jam opprobriis

Lapide petitus ut canis

In durum contumeliæ genus mitissimus a-
gnus exarsit,

Ac voluntarios beneficentiæ fructus

Prætereuntibus elargiri suctus cœlestis A-
gricola

Acerbiorem, ex ubere nempe virginis, san-
guinem

Executi lapidibus indignatur,

Ut qui proprias ferre injurias placidissimè
assolet,

Concluso impunè insultari non sufferat Hor-
to suo, (tellus

Sensit irati Numinis poenam discissa

Et quæ saxum piaculo dedit,

Abominandum scelesti capitis ferculum co-
gitur deglutire.

Hinc diducta telluris latera turpissimo for-
data contactu

In semutuò reuerti recurrere

Metuendas Orci formantur in fauces.
Adest tamen Erebi caput conterere assue-
ta

MARIA,

Et qua DEUM expedita dextera sustinuerat
Adaperta jam penitus compressisset & gut-
tura,

Ni viam blasphemis tantum haecenus per-
viam

Arctare magis ad exemplum putasset, quam
obstipare.

Vbiq;ue facilem, viator, time descensum A-
verni,

Nullibi angustiores invenies, quam propè
Virginem.

Neapoli.

VIndici ac Propugnatori Urbis
Divo Januario Magno

Aram Religione, quam mole aut cultu au-
gustiores

Inaugurant Capuana subsellia,

Inigni hac pietate

Caritatem, bella, lucem

Urbi & regno cavent.

Erunt sub tanto cives Patrocinio

Sine metu, sine motu.

Pala-

Patauij in Templo S. Francisci.

Christi Servatoris Effigiem,

Vultus placidâ majestate serenos deciduis æternæ clementiæ radiis, atque admirandis operibus humano generi beneficos ac salutare, ab obscuro & ignobili loco in hanc augustiorem sedem transtulit Pater Paulus à Plebe Sacerdotum, eamque collatitiâ piorum stipe ad fastigium perduxit, aræque suggestu & peregrino marmore decoravit. An, M. DC. LXIX.

A R Æ M A X I M Æ

In Templo PP. Franciscorum positæ Sufati.

D. O. M. S.

Ferdinandus DEI & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Paderbornensis, Coadjutor Monasteriensis, S. R. I. Princeps, & Comes Pyrmontanus, in honorem Deiparæ Virginis Mariæ P. C, An. M. DC. LXVIII.

*Aræ in novo templo nobilis Monasterij
Sibergensis positæ.*

Ferdinandus Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Paderbornensis, Coadjutor Monasteriensis, S. R. I. Princeps, & Comes Pyrmontanus, in honorem Deiparæ Virginis Mariæ P. C, An. M. DC. LXVIII.

Monasteriensis, S. R. I. Princeps, & Comes Pyramontanus, Aram Deiparae Virgini Mariae devotus cliens P. C. Anno M, DC. LXX. •

Patavij,
DIVO JULIANO

Aram maximam exotico marmore atque artificum ingenio Divi ipsius Urbisque majestate dignam, Templi Sacerdotes & magna Curialium pars pia munificentiae certamine collatitiâ stipe à fundamentis erigendam totumque ornamentum absolvendum locarunt. Anno M. DC. LXVI.

Romæ,

Alcide Sacri generis decus, hoc tibi Prætor,
Et Jovis Antistes dedico perpetuus,

Inscriptio Vetus Arae Jovis Ferrariae.

PRO SALUTE
IMP. CÆSARIS
M. AURELII SEVERI
ALEXANDRI
PII FELICIS AUG.
JOVI OPTIMO MAXIMO.

Veronæ in D. Cæcilia.

PAuli Bellij Flaminei Votis
Annuant Feliciter

Di-

Divus Paulus Divus Franciscus

Quorum Numinibus

Mane ille aram hodie dat dedicatque

Uti sint volentes propitij

Sibi vivo mortuo

Et suis

Et

Huic aræ hæc leges palàm dictæ :

Sacra Hostia

Singulis Hebdomadis immolator

Ad manes Bellij suorumque expiandos

Iccirco

Quisquis templo huic rite præfuerit

Quotannis duodenos Ducatos habeto

Hac præstatione perpetua

Ædes eius oneratae sunt.

Ded. Quinēt. Kal Jun. M. D. IC.

Ibidem.

Altare Hoc Tibi

Lectissime Paule Apostole

Posuit dicavit

Paulus Strata.

Hiscé legibus dictis

In ultima sua mentis testatione

Quam emisit.

Mediolani in D. Nazarij.

IN huius aræ cultum ubi D. Matroniani A-
nachoretæ Tutelaris sui servantur Cineres
Joan.

Joannes Baptista Rowidius Sacerdotium ad
 Sacra quotidie peragenda Precésque Cano-
 nicas in Choro certis diebus psallendas ho-
 nestis redditibus auxit dotavitque. Et sepul-
 chrum hic sibi uxoriq[ue] cariss. paravit. Obiit
 Anno Restitutæ Salut. M. D. CX.

Pisis in summo Templo.

G Amalielis Nicodemi & Abibæ
 Patris Filij ac Nepotis
 Ut Ecclesia docet Civium Terrenæ ac
 Cœlestis Hierusalem
 Felici tempore Pisanorum
 Traducta Cadavera
 Marmore sub hoc novato
 Reconduntur.

*Mediolani in D. Nazarij ad aram
 S. Vlderici.*

Divo Ulderico Pont. huius aræ Præsidi
 Hieronymus Latuada Canonicorum na-
 tu maximus, ut tantum numen & cineres hæc
 ara conditi religiosius colantur, veſtigiali-
 bus Sacerdoti ad rem divinam quotidie fa-
 ciendam attributis, Jure fasque legendi Sa-
 cerdotis quamdiu vixerit sibi recepto, ubi de-
 cesserit Canonicis relicto, Anno M. DC. XIII.
 Vivens P.

Ara

Ara Maxima

In templo Virginum Cisterciensium in Himmelpfort

Dioecesis Paderbornensis.

D. O. M. S.

Ferdinandus D. G. Episcopus Paderbornensis S. R. I. Princeps Com. Pyrmont.

Aram maximam ad suorumque hic quiescentium memoriam in suffragiis conservandam. P. C. An. M. DC. LXIV.

INSCRIPTIO ARÆ MAIORIS

In Cathedrali Basilicâ Antuerpiensi, cuius Ara primum in fundamentis lapidem Serenissima Isabella Clara Eugenia anno M. DC. XXIV. posuit.

**Serenissimæ & piissimæ Principi
Isabellæ Claræ Eugeniæ**

Hispaniarum Infanti, &c.

Quod perpetuam Majorum suorum æmulata pietatem,

Virtutis huiusce vestigia nullis non locis gloriose impressa

Hâc etiam in æde exstare voluerit:

Ut ubi

Godefridus Bullonius Loth. Dux & S. R. I. ad Scaldim Marchio

Ad bellum sacrum in Syriam profecturus

Colle-

Collegium Canonorum pio Numinis in-
stinctu fundavit ac dotavit

Anno M. XCVI.

Godefridus Barbatus Lotharingæ Braban-
ti que Dux

Reditibus prædiisque assignatis instructum
munificè auxit

Anno M. CXXIV.

Avus Carolus Imperator, adstante Chri-
stiano Daniæ Rege,

Amplissimi, ad persolvendas Deo lau-
des Chori

Primo Lapide posito, fundamenta feliciter
fecit Anno M. D. XXI.

Parens Philippus Hispan. Indiarum, plurim-
que insuper Regnorum Monarcha

Celebratis primis Ordinis sui Aur. Vell.
comitiis

Tholum maximum, tribus Donatis fene-
stris vitreis,

Ad Sanctiss. Trinitatis honorem, exor-
navit Anno M. D. LV.

Albertus Pius Conjux, unanimi cum ipsâ con-
sensu,

Prædiis ad perpetuum divini cultûs in-
crementum benignè donatis

Dignitatem Collegij censumque am-
pliandum liberaliter decrevit

Anno M. DC. XVI.

ibi.

Ibidem ipsa Loci
 Splendidissimo summi Altaris operi fundando
 Ad maiorem Dei gloriam, Beatiss. Vir-
 ginis Patronæ honorem,
 Augendumq; Decorem Domûs Dei, Lapi-
 dem primum posuerit
 Anno M. DC. XXIV.
 Decanus & Collegium Cathedral. Ecclesiæ
 Antwerpiensis
 Cum Thesaurario & sacrae ædis Curato-
 ribus
 Ad gratæ & perennaturæ memoriæ testifi-
 cationem
 Hoc Mon. pos.

INSCRIPTIO

Aræ B. V. Cellensis in Styria.

Magnæ Virgini Matri Sospitatrici Cel-
 lensi, quæ Leonardum Ulricum suum
 ex filio Leonardo Carolo & Francisca è Princi-
 pibus Eggenbergiis Parentibus Nepotem ex
 ulcere conclamatum, desperante humana o-
 pe, & mirante, per suam divinam restituit, hu-
 millima gratitudine avus Carolus Comes ab
 Harrach in Rorrau, Sac. Cæs. Majestatis Con-
 siliarius secretus, aurei velleris eques cum,
 Conjuge Elisabetha Baronissa à Schrotten-
 bach

bach beneficij accepti Mnemosynon hanc A-
ram F. F. Anno M. DC. XXIX.

*In Monasterio Graffschafft Ord. S. Be-
nedicti in Westphalia.*

D. O. M. S.

Ferdinandus Dei & Apostolicæ Sedis Gra-
tia Episcopus Paderbornensis S. R. I. Prin-
ceps & Comes Pyrmontanus. Ad suam suo-
rúmque, Friderici proavi, Gasparis avi, Frideri-
ci Patris, & Friderici fratris, L. B. de Fürsten-
berg, huius Monasterij in Graffschafft Advo-
catorum memoriam, donato perpetuo censu
quinque sacra anniversaria solemni ritu cele-
branda instituit, & templum arâ maximâ &
novis in utroque latere positis altaribus exor-
navit. Anno M. DC. LXV.

*Augustæ Vindelicorum in Tem-
plo S. Vdalrici ad altare S. Crucis:*

*DISCE HOSPES CHRISTIANE NON
ÆS, SED RES.*

*UT FLEBILIS CHRISTI PATIENTIS
ARGUMENTUM GRATA SEMPER
MENTE REVOLVERES; HOC MO-
NUMENTUM*

ALTARIUM.
JOANNES ABBAS
FIERI CURAVIT
ANNO P.C.N. M.DC.V.

Ibidem ponè altare supremum.

D. O. M.

Virgini ΘΕΟΤΟΚΩ

reliquisq; Cœlitibus partim hic ad cultum publicum expositis, partim in terram demissis, conditisque, Odeum Princeps, triplicisque choros, sacellum superius ingens, Aras quatuor maximas, cum nova totius propè Templi substructione certè instauratione, omnique ornatu intra proximum duodecennium moliri, Joannes Abbas duodequingagesimus, Gregorius Prior, totusq; Conventus posuerunt, anno post C.N. M. DC. XII.

*Salisburgi apud RR. PP. Franciscanos
Inscriptio Altaris B.V. Miraculose.*

Virgini singulari,
Magnæ DEI Matri
Mariæ

Auxiliatrici Thaumaturgæ,
Hoc Altare

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Dominus

JOANNES BAPTISTA

E 2

Comes

INSCRIPTIONES

Comes de Lodron & Castel. Roman.
 Dominus in Castelano &
 Castel-novo,
 Metropolitana Ecclesiæ Salisburgensis
 Præpositus & Archipresbyter
 Posuit anno M.DC.LXXVII.

*Ibidem apud Moniales Lauretanas in
 altari S. Antonij de Paduâ:*

PER hanc Dive Antoni Thaumaturge
 Tuo patrocínio sacram aram
 Veræ hostiæ, Christo agno
 Nostrium Pij cultûs sacrificium
 Commenda, concilia, representa-



AREO.



AREOLA IV.
INSCRIPTIONES
QUARUNDAM REL-
QUIARVM.

*Augustæ Vindelicorum, ad S. V-
dalricum.*

Deo Opt. Max. Æterno.

Divum Tutel. Honori, Societatis S.
Afræ M. optimæ Patronæ Decori,
Ecclesiæ ornameto, posteritatis exem-
plo, hanc Lipsanotheacam Dominus Jo-
annes Abbas pro sua in Deum Sanctos,
que pietate faciundam curavit.

Anno Christi M.DC.XVII. Sui Re-
giminis XVII.



Ibidem.

D. O. M.

Patronis loci huius Tutelaribus
 Martyribus Divæ Afræ Socls. quo-
 rum ossa hic coram spectantur, pro de-
 bito erga Sanctos & locum honore, a-
 more, optimi parentis nobilis & stre-
 nui viri Friderici Schrenckl de Nozin-
 gen ante Novennium vitâ functi loco,
 Bertoldus Carolus Fridericum & Pau-
 us fill, ac pia mater nobilis Matrona
 Maria Magdalena Kurtia de Turri,
 filio & germano F. Antonio Sacerdoti
 Primitias celebrante. LL. M. obtule-
 runt. An. Fill Virginis, M. DC. XXVII.

Ibidem.

Anno Milleno Centeno ter numero,
 Cum quinquagena numero quarta simul
 anna.

Karulus est Quartus regnans hoc nomine dictus,
 Qui dedit ornatum Sanctis petiit hunc fore gra-
 tum,

Hinc

*Hæc est inclusus terra Dionisius huius
Præsul devotus, virâ quàm nomine notus.*

*Ad B.V. Cellensem in Styriâ
Inscriptio duarum Lipsanotbecarum
argent :*

Do MiNa In te spera VI,
Et astltltl è CaLo serVæ tVæ.
Helena Laurea de Magersheim , nata Te-
starellin
Della Massa.

Del Matrl pro sanItate Consortl sVæ
restltVtâ obtVLIt.

Franc. de Magersheim Regiæ Majest. Daniæ &
Norwegiæ Consiliarius, nec non Eminent. &
Sereniss. Princip. Elect. Trevirensis & Colo-
niensis Consil. ac Residens ad Aul. Cæs.

Patavij in D. Justinæ.

*Divæ Justina
Mortales exuvias,
Arcana Urbis pignora,
Tot seculorum depositum
Civium pietate mille cladibus ereptum
Monachi Cassinenses
Regia Templi mole complexi,
Venetâ mansuetudine cuncta refovente,
His demum penetralibus
sacrârunt.*

Spiræ

Spiræ in Templo Cathedrali.

Ad Caput S. Celsi pueri Martyris.

S*I caput hoc quisquam violet, aut dissipet nun-*
quam,

Fulminet ira Dei super hunc sine spe requiei.

Ad reliquias S. Anastasij.

M*artyr Anastasius pro Christi nomine pas-*
sus,

Cum Sanctis gaudet, pro nobis omnibus oret.

Tolentini in Templo Divi Nicolai,


Ad eius reliquias sub altari reconditas, hæc
legitur inscriptio :

H*oc quod cernis opus posuit Milina pro-*
pago

Petrus Romani Gloria prima fori!

Scilicet ut digna staret Nicolaus in urna,
Thure pio possent cultius ossa coli,





AREOLA V. COEMETERIORUM INSCRIPTIONES.

Verona.

Pullati Sodales Crucifixi Christi Pientif-
simi: Hoc sibi Conditorium habento.
Iosephus Aurifex, Flaminius Paduanus
Magistri Sodalitatis Fecerunt, & sibi. M.DC.V.

Bononiæ ad D. Pauli.

VIRIS
ÆTERNÆ LVCIS DIEM
EXSPECTANTIBVS
DONEC ILLVCESCAT
HOC SPEI MONVMENTVM
SODALITAS P.
An. Dom. C12. 12 C. XLVI.

E s

Titu.

Titulus Sepulchri communis
 Canoniorum in D. Mariæ Scalensis
 Mediolani.

VIVENTES
 IN SPE RESURRECTIONIS
 MORTUIS CANONICIS.

P. P.

Tumuli communis Cantorum
 (ut vocant) Capellæ Papalis
 Romæ:

*Cantores Pontificij,
 Ne quos vivos concors
 Melodia junxit,
 Mortuos corporis
 Discors Resolutio
 Dissolveret,
 Hic unâ condi voluere.
 Anno M. DC. XL.*

Patavij ad D. Thomæ.

Sacerdotes ex Familia
 D. Philippi Nerij
 Perducto ad fastigium templo
 Omnique cultu exornato

Supre-

Supremæ horæ memores
 Hoc conditorium
 Exuendæ mortalitati
 Sibi reservârunt.

Ibidem.

D. Philippi Nerij Sodales
 Iis hominibus
 Qui in Societatis ministerium adsciti
 Sedulam ac fidelem operam
 Viventes præstiterunt
 Labore ac vitâ functis
 Hanc quietis sedem
 Grato animo prospexerunt.
 Ut quos eadem sacra conjunxerant
 Idem tumulus capiat
 Huius Paræciæ viros
 Huc recipi Patribus placuit
 Relicto etiam exteris loco
 Si quis studio in hoc sodalitium
 Ossa ac cineres miscere voluerit.

Ibidem.

Puellis innuptis
 Acerbo mersis funere
 Raptis ab ubere ac vitæ limine
 Infantibus
 Castis & innocentibus animulis
 commune sepulchrum
 Humanæ imbecillitatis monumentum

igno.

Ignotorum lachrymas exciturum
D. Philippi Sodales statuerunt.

Ibidem.

Muliebris sexus
Huius paræciæ
Naturæ divortio!
Ab charissimorum latere abstractus
In morte etiam pudoris retinens
Hic à viris secubat.

PATAVII,

*Ad commune sepulchrum eorum quos
pestilentia abstulit.*

Exhausta funeribus urbs est
Tellusque morientibus defuit.
Fæda lue peremptos Cives
Memoria lacrymis expiatione prosequimini
Hoc mortuis debetis quia vivitis,
Quia mox ad plures
Hinc in communem locum abituri estis.

Ibidem.

Hominum sortem mors æquat
Pestis etiam sepulchra,

Hoc

Hoc monumentum extraneos sequitur
 Nihil in agrum nihil in frontem jam reliquū
 Urbem sepulchrum occupat
 Quibus placet exequias ire
 Publicum funus est
 Nulla domus expers cladis
 Quisque parentem agnatum affinem
 luget
 Sic vobis posteri lessum faciant
 Philosophari hinc licet
 Hoc est mortem commentari
 Quotidie obvium est Epidemium!



AREOLA VI. INSCRIPTIONES CAMPANARVM.

*Reate inscriptio Campanæ maximæ
 summi Templi.*

Virtutem largire Dzus cum Virgine mi-
 ram.
 Urbem Reatinam Pater Andreas cathe-
 drabat,
 Qui decus Ecclesiæ simul & virtutis amabat.
Imo.

Imolæ inscriptio Campanæ majoris.

Imola Fruente Libertate

Per Joannem Saxatellum à Julio II. donata

Primo Conflatam dein vitiatam

Comitibus

Francisco Maria, & Alexandro Rannu-

tio Abnepp. Beneficis


Reverendissimum Capitulum & Clerus

Me refundendam curarunt.

Imperante Innocentio X. M. Ant. Cucci-

no Antistite.

M. DC. XXXIX.



AREOLA VII.
 HOROLOGIORUM
 INSCRIPTIONES.

Clepsydræ horariæ è lacrymis.

T*Empora qua gemino metitur turgida ven-*
tre,

Et gerit inclusas vitrea pyxis aquas.

Hanc tepido implêrunt manantia lumina rore,

Dum dolor effusus fletibus ora rigat.

Hinc

*Hinc lacrymis quacunque mihi deducitur hora,
Hinc didicere meis tempora flere malis.*

Marius Bettinus S. J.

Pro Umbra horologij Solaris.
FAVET UMBRA DIEI.
Pro Stylo horologij.
IMMOTVS CIRCVIT ORBEM.

Alia.

*De tot conice, quæ notantur, horis,
Quæ fluxa ultima sit futura vite.*

Alia.

VOLAT IRREVOCABILE TEMPS.



AREOLA VIII.
INSCRIPTIONES
SCHOLARVM.

Academia Veronensi.

Anno M. DC. V.

Die Sabbathi XXIII. Aprilis

Academici Philarmonici

Ædificium hoc inchoarunt,

Leone

Leone XI.

Pontifice Max. commodum creato,
Albertus Valerius Proantistes Veronensis

Manu sacra

Priores Fundamentorum lapides jecit.

Præfectis Academiæ

Alexandro Vimercato, Jo. Paulo Becello.

Gaspere Romano, Francisco Manuello

Horio Montenarico Comite, Barthol. Map-
phæo Iurisc.*Franciscus Pola.*

PATAVII,

*In Collegij Nobilium Venetorum Ephe-
borum Institutione.*

Ut Regnatura soboles

Dignum fortunâ, dignum majoribus

Animorum cultum caperet

Senatus Venetus

Pietati ac Musis

Heic Domicilium P.

*Off. Ferraria.**Ibidem.*

Ut Veneta nobilitas

Et futura Respublica

Litterarum contubernio

Ad Magnæ fortunæ cultum informaretur

Et capaces liberæ Dominationis spiritus hau-
raret,

Sena-

Senatus Venetus
In his sedibus
Numerosam spem
Et ipsa libertatis vota
Pudori ac Musis
Commendavit

Off. Ferrarum.

In Gymnasio Regio Neapoli.

*Philippo III. Rege
D. Petro Fernandez de Castro Lemens
Com. Prorege
Descripta olim alendis equis area
grandiore Musarum fatis
Erudiendis destinatur ingenijs
Vera jam fabula
Equina effossum ungula
Sapientie fontem.*

*Maria Angliæ Regina Oxonij publi-
cas Scholas à fundamentis edificavit,
his additis inscriptionibus.*

Septem artes Liberales.

- | | |
|-----------------|------------------------|
| 1. Grammatica; | Literas disce |
| 2. Dialectica; | Imposturas fuge. |
| 3. Rhetorica; | Persuadet mores. |
| 4. Arithmetica; | Numeris omnia constant |
| 5. Musica; | Ne tibi dissideas. |

F

Geo.

6. Geometria; Cura, quæ domi sunt.
 7. Astronomia; Altiora ne quaesieris.

Sequuntur virtutes Scholasticæ.

1. Patientia; Vincit ferendo.
 2. Humilitas; Modestia amicabile.
 3. Fortitudo; Fortis est, qui omnem fortunam devincit.
 4. Spes; Spe vivimus omnes; sed omnis fiducia sine Deo vana est,
 5. Cautio; Cautus vincit omnia.

Mechliniæ ad Scholæ ingressum.

*Arte probus, probitate pius, pietate beatus
 Ut verè fiat, hæc Schola culta dabit.*

OXONIÆ IN ANGLIA.

*Struxit Hugo Pricius tibi data palatio
 Jesu,*


Ut Doctor legum pectora docta daret.

Quidam non illepidi ingenij transiens, atque Priciij illius exactam jam ætatem, simul & operis vix dum inchoati magnitudinem animo expendisset, aliud tale distichon illi disticho opposuit, quo præproperam senis in titulo præfigendo festinationem redarguebat:

Non.

*Nondum struxit Hugo, vix fundamenta
locavit,*

*Det Deus, ut possis dicere, struxit
Hugo.*



AREOLA IX.

INSCRIPTIONES

BIBLIOTHECARVM.

Bibliotheca Mazariniana.

Qui tot Mavorti posuit memoranda tro-
pæa,
Has Phoebus & Musis Mazarinus consecra-
zades.

Robertus Keuchenius.

**In Bibliothecam Cardinalis
Richelij.**

Mille libros, & mille libros, & mille librorum
*Millia magnifici publica Richelij
Cura, bene Patria, capsis ingesta superbis
Neminis aterni marmora viva locas.*

*Quoque voluminibus moles augusta condempna
Cresceret in titulos auctior usque suos.*

*Mille libros, & mille libros, & mille librorum
Fussit adimpleri millia mille libris.*

*Materiam liquit vestris, qui scribitis, equam
Viribus; omnis ubi Gallia sudet, habet.*

Scribite Richelium, partos pro Rege triumphos

Scribite, & aeternis gesta legenda typis,

Mille libros impletura est, quae posthuma famam

Unum capiet Bibliotheca viri.

Idem.

Ferraria supra ostium Bibliothecae

CUM. Galius. Calcagninus. Nihil magis optaverit, quam de omnibus pro fortunae captu optime mereri : Decedens Bibliothecam, in qua multo maximam aetatis partem egit, in suorum civium gratiam publicavit, & in eam se condi mandavit. Tu quisquis es, rogo, ut Hominis B. M. manibus Deum propitium preceris. Ex diurno studio in primis hoc didicit, Mortalia contemnere, & ignorantiam suam non ignorare.

Patauij.

Gabrieli Emo Prae esto, quod Bibliothecam ventis atque imbris perviam, libris situ corruptis, ipsisque parietibus vitium ducentibus, saram rectam exegerit, & abster-

soliqua-

so squalore in pristinum cultum restitutam in
signi liberalitate auxerit. Oct. Ferrar. B. M. B.

Bibliothecæ Patavinæ instau- rata:

Pervia jam nimbis, hyemisque experta ra-
lignas;

Squalebat longo Bibliotheca situ.

Heroas quis attrita tota sacraret Apellas

Altis uelabat sordibus illuvies.

Jamque erat hac dominis ades ignota Camenis,

Quarebantq, suos per sua tecta larus,

At postquã adriacas noster Medoacus ad undas

Contarene tuis volvitur auspiciis;

Squalor abit, priscique redit nunc forma decoris,

Intactu & veterum terminus ora Ducum.

Jam novus ætheræa fulgor penetralia luce

Occupat & radios effugit umbra tuos.

Huc igitur properate Deæ gressusq, movete,

At tibi pro meritis quid pia turba dabit?

Æterna nec frondis honos, divinæque plectra,

Nec sunt parnassi regna beata satis.

ibidem.

VICTOR CONTARENUS hic est,
fascibus clarus, pietate clarior. Præstan-
tem natura mentem indidit, præstantiora vir-
tus edidit. Præfectus Urbis muros instaura-
vit, milites reformavit, Civium odia extinxit.

Atlas litterarius Atlantas, globos Bibliothecæ intulit, tandem selectioribus codicibus auxit. Deliorum Academia legibus exornatâ, Ricoveratorum debilitatem huc vegetam transtulit. Musarum medullam, Mercurij Typum, & antrum totum hominem dixeris. Majora ne quæras, cum maxima hic teneas hospes.

Thomas Hercul. Can. Aquil. Bibliot. Tanto nomini M. P. M. DC. LXVIII.

Ibidem.

PAVLVS JUSTINIANVS.

Augusta Justiniana Gentis gloria in PAULO Urbis Præfecto late renidet, cui salutaris in dignitate omnis potentia fuit, nullâque nisi Justitia poscente ad nocendum vis: Pluteis & Codicibus Bibliothecam exornavit. Amulei Collegij violatam vindicavit nobilitatem: Horarium, fora, urbem, agrum, militem restituit, ampliavit. Magnum nostrum sed breve bonum.

Thom. Hercul. S. Th. D. Can. Aquil. Biblioth. M. P. M. DC. LXX.

Ibidem.

HIERONYMI GRADONICI.

Ides huic fronti, solâ benignitate emigrescenti, quo diutius probata, eo magis honora

noræ, quam generosa HIERONYMI GRADONICI mens inhabitat.

Falcibus hic natus & dignus, quos, alij naturâ, meritis accepit, Beneficentiæ hos, Comitatusque submitit: nec enim fallere potens, qui meretur. Ingenio excellenti, mandatas Provincias, pari iustitia in officio continuit Reip. bono administravit, osor scelerum, pietas cultor, securit. largitor: ut ibi virtutis suæ præmium habeat, ceteri exemplum. Patav. in Præf. Urbis, Agri, Viarum, Militiæ, Aerarij Lustrator, Restitutor.

Litterarum ac Bibliothec. fautori ferentiss. Quod eam regijs codicibus, Telescopio, Microscopio, Sphæra Ptolæmææ, & Coperniciana, Blavianisque mundi orbibus inclytis condecoraverit.

Thom. Herc. eiusd. Biblioth. Præf. M. P. M. DC. LXXI.

Ibidem.

HOs exhibet vultus Thomas Contarenus Præf. Urbis, Clementiæ pariter, ac Iustitiæ prototypon eximium: cuius benignitate, quod annorum aliquot in taxationibus exigendis reliquum erat, temperatè collectum, minutum civibus, miseris expunctum.

Bibliothecæ incrementum nobile, hanc pulchrâ Matheseos instrumentorum, & codi-

cum suppellectile instruxit, adauxit: fenestras vitreas labe temporum defluentes, hinc inde semovit, & novas in amplissimam occidentalium similitudinem, Orienti soli illustrandas excitavit; Sole ipse illustrior: Tubo denique logothetæ ingenioso eandem ornavit invento: dumque sic studentum inibi curiositati operosus occurrit, præcentricem sibi gloriam factorum tubicinam sensit.

Plurima largitus, tantum populi amatorem abstulit.

Senatori integerrimo

Thom. Herc. Can. Aquil. Biblioth. Grætitud.
& Rever. Testim. D. M DC. LXXIII.

Ibidem.

Merito inter Heroas dicatum aspice
SIMONEM CONTARENUM
Præfectum integerrimum vigilantissimum,
qui non passus intercidere Heroarum nomina,
& figuras, aut vetustatem ævi contra eos valere,
primusque Bibliothecam restaurando, ingenia hominum, quorum immortales animæ hoc in loco loquuntur, rempublicam fecit
Senatori optimo de re litter. meritis.

Ibidem.

PETRUS DELPHINUS.

Aulam Picturis & Tabulatis ornatissimam,
lignæ fenestræ, per quas vetustas Consum-

sumptrix intraverat; occiduo privabant Sole: his submotis PETRI DELPHINI munificentia, ne Bibliothecæ splendori, quam libris auxerat, obscurum quid officeret, specularibus sati luminis locuplemandam mandavit. M. DC. LXVII.

Loci Benefactori. Thom. Herc. Can. Aquil. Biblioth. Præf. P.

Octavius Ferrarius.

Florentiæ inscriptio Bibliothecæ Medicæ,

Deo Præsidiбусque Familiae Divis.

Clemens VII. Medices P. M. Libris opto Studio Majorum. Et suo undique Conquisitis Bibliothecam ad ornamentum Patriæ ac Civium suorum utilitatem D. D. hanc Bibliothecam Cosmus Medices Tuscorum Magnus Dux perficiendam curavit Anno Domini. M. DLXXI. 3. Idus Julij.

Imolæ.

Bibliotheca hæc quam ante annos CXXX. Michaël Machirellus Civis Primarius Imolensis, Illustrissimi & Excellentissimi D. Galeatij Sfortiæ Ducis, Mediol. Domus Præfectus ære proprio construendam, Picturis & insignis familiaribus exornandam, voluminibus.

F 5

nibus.

nibúsque variis locupletandam. Devoti animi propensione curavit, vetustate ac temporum injuria penè collapsam, in hunc honestiorem & commodiorem locum consensu ad id præstante Illustrissimo D. Eq. Josepho Machirellio eius Gentili asportavit R. P. F. Franc. a Provincialis per curam tunc temporis istius Cœnobij gerens iussu adm. R. P. F. Stephani Mediol. Bonodient. Provinciam administrantis. Servata tamen Munificentissimi ac pientissimi Viri memoria. Anno Dom. M. DC. l X. Sept. Kal. Feb.

Amstelodami.

Quis hic intras litteras doctus bonas
 Tumultuosâ ne move claustrum manu,
 Nec turbuento fac solacismum pede;
 Musa hic quiescunt. Deinde si quem reperis
 Intus sedentem, fronte saluere hunc jube,
 Nusquam muto, fabulas ne cogita;
 Hic occupatos alloquuntur mortui.
 Nox assideto Lectitator ad librum,
 A quo magis surgas probior, quam doctior.
 Doctrina multis digna est res laudibus.
 Nescit latinè quisquis hic nunc edit.
 Nescit latinè quisquis hic agit nihil.
 Miraris autem cur Catenella libros
 Ligent, locis ultro quasi hand aptos suis?
 Rem verbulo discite. Illud est, fur ne donum

Ex.

Exportet, aut in auctorem perfidus.

Probi videntur saepe, qui sunt improbi.

Quem voluis, illum Codicem hand corrumpes, nec

Grassare pennâ, paginas contaminans.

Hec, qui malus non cadit, exesto procul.

Bibliothecæ Norimbergensi.

Illustris cura studioque faciente enatus,

Hic habitant Musa Pallas Hygeia Themis,

Et Dea Lux Veri & Reverentia numinis hospes.

Pasce volens litibus mentem oculosq, modis.

Ast unguis cobibe Rhamnusia non præc. & que,

Supremum claudit mortis imago locum.

Bibliothecæ Monasterij Wald- sassen:

Seu de sacra capit, seu te juvat Ethnica
charta,

Hæc tibi cum lucro Bibliotheca dabit.


Bibliothecæ Monasterij Zwifal- tensis, à Georgio Piscatore Abbate constructæ.

Quod modo Doctorum solatia Bibliothecam
struxeris, Authorum doctis variisq, re-
fertam

Codicibus. semper te Abba vengrande Georgi

Doctorum cæcus laudabit, amabit, honorat.

AREQ.



AREOLA X. INSCRIPTIONES MUSÆORUM.

PATAVII.

Hieronymus Cornelius G. F. Præf. optimus de hac urbe benemeritus hanc Aulam vetustate penè collapsam in hunc egregium nitorem restituit interiora cubacula jam destinata successoribus angustia consummanda reliquit.

Paulò infra.

Posteaquàm Fori oppidi Salodij, Veronæ, Brixiaëque Præfecturas Hieronymus Capello gloriosè gessisset, Antenorci quoque Patavij Senatus jussu æquo animo munere eodem perfunctus est, ubi inter alia præclare gesta spectabile hoc Musæum temporis injuriis, post alias instaurationes irritum in Pristinam pulchritudinem redigi curavit. Anno Domini clō. lcc. xii.

Octavius Ferrarius.

AREO-



AREOLA XI. INSCRIPTIONES OBELISCORUM.

Inscriptio Obelisci Romani.

I.

Innoctius X. Pont. Max. Niloticis ænigmatibus exaratum lapidem annibus superlabentibus imposuit, ut salubrem spartiantibus amœnitatem, sitientibus potum, meditantibus escam magnificè largitetur.

II.

Obeliscum ab Imp. Ant. Caracalla Romam advect. cum inter Circi castrensis rudera confactus diu jacuisset, Innocentius X. Pont. Opt. Max. ad Fontis forique ornatum transtulit instauravit, erexit. Anno Salutis M. DC. LI, Pontif. V I I.

III.

Innocentius X. Pont. Max. natali domo Pamphilia opere cultûque amplificata, liberatâque in opportunis ædificiis, agonali, arcæ
forum

forum urbis celeberrimum multiplici majestatis incremento nobilitavit.

IV.

Noxia Ægyptiorum monstra innocens premit columba, quæ pa. is oleam gestans, & virtutum liliis redimita, Obeliscum pro trophæo sibi statuens, Romæ triumphat.

Romæ ante Divæ Mariæ de Populo alterius Obelisci Inscriptio.

Sixtus V. Pont. Max. Obeliscum hunc à Cæsare Aug. Soli in Circo Maximo ritu di. atum impio miseranda ruina fractum ob. rutumque erui transferri Formæ suæ reddi Crucique invictiss. dedicari jussit Anno Domini MDLXXXIV. Pontif. III.

Obelisco Constantinopoli.


**COLVMNAM QUADRILATERAM
HVM I SEMPER JACENS PON-
DVS.**

**SOLVS ERIGERE THEODOSIVS
IMPERATOR.**

**AVSVS ET PROCLVS ACCERSITVS
AC TANTA ERECTA EST.**

**COLVMNA INTRA DIES TRI-
GINTA DVOS.**

AREO.



AREOLA XII. INSCRIPTIONES COLUMNARUM ET PY- RAMIDUM.

*Romæ in Esquilini montis areâ duæ
visuntur inscriptiones Columnæ à Pau-
lo V. erectæ.*

U N A E S T

DEO de DEO

Sancto Sanctorum,

Sapientissimorum Sapientiz,

Regi Regum pacifico.

Plusquam Salomoni

Summo, primo,

Sacerdotum Sacerdoti.

Principi Pacis.

Orbis utriusque pacario.

Ecclesiasticæ tranquillitatis Conditori.

Pacis, felicitatis gloriæ æternæ

Conciliatori.

Clemen-

Clementi, Pio, Benigno

Potentissimo.

(salutem

Monstrorum omnium, & viarum infer,

Domitori.

(sedech

Jesu Christo, secundum ordinem Melchi-
Antistiti.

Paulus Quintus Bûrghesius,

Regis Pontificis in terris

Vicem gerens,

Marmoream striatam columnam

Omnium Orbis triumphantis altissimam,

Ex ruinâ templi olim fictæ pacis
erutam

Magnæ Deiparentis icona

Maximum humani generis delictum

Sustinenti

Supposuit,

Præque foribus majoris eius

In Exquilino Basilicæ

In florentissimæ pacis

Qua matris ac filij auspiciis

Orbis Christianus fruitur

Jucundissimam memoriam

æternum devoti signum
erexit.

O. D. C.

Anno pacis in terras è cælis delapsæ

M. DC. XIV.

F. Abraham Bzovius S. T. Mag. Ord.

Præd. inscripsit.

AETERNA EST:

D. O. M.

Maximæ Matrum Matris,
Genitrici Pacis,
Advocatæ, Patronæ, Deprecatrici,
Reginæ cœlorum,
Pientissimæ, Potentissimæ
Virgini Mariæ,
Triumphatrici.

Quòd stellis inæxa caput, stellis clarior,
Sole amicta, Sole serenior,
Lunæ Bicornis blandum & horrens
nubilum,

Pede illustrissimo discussit,
Idolomaniam & hæresin
fide propria
Evangelij dictatura

Consiliis cum Apostolorum Choro commu-
nicatis.

Doctorem Catholicorum illuminatione,
Pœna & vindicta de Tyrannis hæreticis-
que

Nestorio, Ariano, Iconoglastis, &
reliquis

Partum virginis ridentibus
Coptonymo, Isauro, Balbo, Anastasio, Leoni-
bus sumpta
prostraverit:

G

Ser-

Serpentem veteratorem, versatilem flammivomum

Calcanes detriverit:

Veram pacem Orbi enixa, verio-
rem Salomonem
attulerit.

Paulus Quintus Burghesius P.M.
Statuam inauratam columnæ Pacis
Conciliatori Pacis

In monumentum æternæ

Per illam receptæ

Pacis;

Supplex imposuit

Consecr.

Anno Salutiferæ Pacis

M. DC. XIV.

F. Abraham Brövius S.T. Mag. Ord.

Præd. inscripsit.

Lindavia in Templo Canonissarum uni

*Columnæ per longum antiquissimis litte-
ris incisi sunt hi duo Versus:*

Virgo Maria Pia Statuam pro munere
nosce,

Et vite nobis à Christo præmia posce.

*Alteri cuidam incisi sunt alij hi duo Leonini
versus: prior ex transverso, posterior per lon-
gum columnæ exaratus.*

Nobis

COLUMNARUM ET PYRAMIDUM. 99

Nobis propicia sis hac pro dote Maria,
Dat binas statuas Henricus nauta Ma-
tia.

Mediolani in D. Eustorgij.

D. O. M.

DIVO EUSTORGIO, QUI HVIC TEM-
PLO PRÆSIDET, COLUMNAM HANC
PROPE SVORVM SEPVLCHRVM PO-
SITAM DANIEL PLANTANIDVS
J. C. PLASTICE EXORNANDAM
CVRAVIT. MDXCI.

Basi ad Pyramidem C. Cestij Rom.

M Valerius Messalla Corvinus, P. Ruti-
lius Lupus, L. Junius Silanus, L. Pon-
tius Mela, D. Marius Niger, Hæredes C. Cestij,
& L. Cestius, quæ ex parte ad eum Fratris Hæ-
reditas M. Agrippæ munere pervenit ex ea
pecunia, quam pro suis partibus receper. ex
venditione Attalior. quæ eis per edictum
Ædilis in sepulchrum C. Cestij ex testamento
eius inferre non licuit.

*Mediolani in Columna, quæ vulgo
Infamis.*

Hic ubi hæc Area patens est
Surgebat olim constrina

G 2

Jo. Jacobi Moræ,
Qui facta cum
Gulielmo Platea
Publico sanitatis Commissario
Et cum aliis conspiratione,
Dum pestis atrox faviret,
Lethiferis unguentis huc & illuc aspersis
Plures ad diram mortem compulit.
Hos igitur ambos hostes patriæ judicatos
Excelso in plaustrò
Candenti prius vellicatos forcipe,
Et dextera mulctatos manu
Rota infringi
Rotæque intextos post horas sex jugulari,
Comburì deinde,
Ac ne quid tam scelestorum hominũ
Reliqui sit,
Publicatis bonis
Cineres in flumen projici
Senatus jussit.
Cuius rei memoria
Æterna ut sit,
Hanc domum scelestis officinam
Solo æquari,
Ac nunquam in posterum refici,
& erigi columnam
Quæ vocetur infamis,
Idem ordo mandavit.
Procul hinc procul ergo
Boni cives,

Nē vos infelix infame solum

Commaculet.

M. DC. XXX. Kal. Augusti.

*Alexander Geraldinus refert, legisse se
in ingressu Patriæ desertæ marmoreæ
columnis incisum.*

Imp. Nero Cl. Cæsar
August. Germanicus.

Pont. Max. Trib. Pot. V. Imp. IV.

P. P.

Publico edicto in exitu Mauritaniz, Numidiæ, Provinciæ Carthaginensis, in Ægyptum usque emissio caduceatore & Præcone mandatum nostrum exsequente, in Marmoreis postea columnis ubique sculpro edicto: Impero & volo omnes populos Regionis desertæ vagos & errabundos, qui latissimo terrarum cardine à monte Atlante in Æthiopiam usque se protendunt, & longissimo ab Oceano Patriæ desertæ ad Erythræum mare spatio se effundunt, Pagos, vicos, oppida & urbes ritu Africæ & Lybiæ condere, more civium agere, alioquin eos cum conjugibus, liberis, ac omni Patriæ fortuna pro captivis ubique haberi, vilia veluti mancipia commutari & distrahi per totum late orbem Romanum mando & jubeo.

G 3

Ibidem.

Ibidem.

IMPERATOR CÆSAR

*Divi Traiani Parthici filius, Divi Ner-
væ Nepos Traianus Atr. Aug. Pont.
Max. Trib. Pot. Cos. III.*

Quoniam multi nolentes ab antiquo ma-
jorum ritu se retrahere, sed intestato Pa-
trum errore vivere animo eorum omnino in-
sidet, adeo quod per loca Æthiopiz finitima
cum Camelis, equis, bobus, plaustris, & reliquis
familiz animantibus assiduè oberrant, Sub
Divo vivunt, omnia civitatum commercia o-
mnia per oppida incolatū evitant, & multos
ad id agendum inducunt: Et si aliquem cum
publico magistratum edicto, cum aperto
Consulum imperio ad se iturum autumant,
è vestigio in Æthiopiam deferuntur. Propte-
rea ipsis Provinciarum Cons. Procons. Prætor.
Proprætor. & quibuscunque Populorum
Præsidentibus publico Edicto mandamus, ut
cum electo militum ordine contra illos acce-
lerent: ex Æthiopia, si fieri poterit eruant per
vicina urbium fora per loca oppidorum pu-
blica cum crudo & truculento leti genere
conficiant; nullo enim modo eam gentem ad
antiquum vivendi morem relabi sinere tole-
randum est.

In Introitu Æthiopiæ.

IMP. CÆSAR.

M. Antoninus Verus Inuictus Aug.

Pont. Max. Trib. Pot. IX. P. P. Cos. II.

Procos.

Nulli Consules, nulli Procos, nulli Prætores, nulli Propræt. nulli Provinciarum Præsides, Hos limites Columnarum in introitu Æthiopiæ positos, qui verum Cardini exusto terminum designant, cum exercitu pertransire audeant.

**In Columna, sub imagine fontis
dissæcti.**

Sic pereant

Qui hanc Rempublicam

Et sedem Regalem

Spretis S. Cæs. Majestatis

Edictis

Evertere moluntur

Ad damnandam memoriam

Joannis Kalckberner

In ultimo tumultu An. C. D. 10. C.

Hic excitato

Inter perduelles Antesignani

Columna hac ex decreto

G 4

DD.

DD. Subdelegatorum S. Caf. Majestatis

Erigit Jaffu

III. Non. Decembris

Anno M. DC. XVI.

Columnæ pro termino positæ, Verona.

Corpus Lanariorum

Columnam hanc elegantem

Que

Certis sui soli fines hucusque

Propagari æternum testaretur

Ex sua pecunia

Erigendam cœssit

Memoria Honorisq; causa

Ded. Kal. Quint. M.D. IIC.

Columnæ antiquæ recens erutæ.

Lucæ:

Augusto Liberatori Nationum

Orbis Romani

Institutori Libertatis Hetrusce Reip.

Conservatori Adilitum, Tutori legum,

Et vano Reip. Nato

Colonia Lucensium

Divo Tiberio Claudio Quarto eius An.

Neroni Invicto Patri Patriæ Romanorum

semper Augusto.

Pyra-

**Pyramidi octogonæ Cumberlan-
denſi:**


OB HONOREM PHILIPPI IM-
PERATORIS, NOBILISS. SEMPER
AVGVSTI, ET PHILIPPI CÆSARIS
NOBILISSIMI.

**Pyramidi ad tempus erectæ B.
Tereſiæ, nomine Europæ.**

E U R O P A

**CLARISSIMÆ VIRGINIS
ILLVSTRATA NATALIBVS
INFLAMMATA VIRTVTIBVS
CVMLATA BENEFICIIS
MOLEM GRATA ET GRATVLANſ
EXCITAVIT.**





AREOLA XIII. STATUARUM ET IMA- GINVM INSCRIPTIO- NES.

Imaginis Christi crucifixi diade-
mate aureo decorati apud Lu-
censes ;

Lucensium fastis locupletandis
Accedit Coronatum Numen
Populi studiis, Patrum auctoritate,
Ordinum consensu universorum,
Auro notatum est Reip. Caput,
Facta nova ratio, verum optima subest

L U C A

Nisi dominum habeat se liberam negat.

Apud Iudeos ille quidem

Inclinato capite Regium nomen averfabatur

Apud Lucenses angustiore

Frontis habitu coronam deposcis.

O Caput administranda Reip.

Nobis è Cælo delapsum

Vota de te facimus apud te

Regnes

*Regnes quamdiu melior non superveneris
Hoc est eternum.*

Pellegrinus Pellegrinius.

Romæ.

*Ad vetustissimam picturam in abside
Ecclesiæ S. Sebastiani in foro boario :*

à dextrâ : in medio : à sinistra.

*S. Petrus Prin. S. Bened. Abb. S. Paulus S. Petri
ceps Apostolorum, Patriarcha, Coapostolus, &
Dei & D.N.I.C. & Legislator. Doctor Gentium
Vicar. Eccle. Mon. Ecclesia Ecclesia Roma-
na Romana Romana Readi- ne Coadifica-
edificator. ficator. tor.*

Ego Benedictus I. PP. & Monachus pingere
feci.

Antwerpiæ in Ponte Marino.

SACROSANCTAM SERVATORIS
CRUCIFIXI IMAGINEM CVM
BASI S. P. Q. A. RESTITVIT.

CIO. IO. XCIII. Kal. Febr.

Imagini B. Julianæ V. M.

Quàm benè, quàm justè,
Quæ virtutibus, quæ Deo nupserat,
Homini jungi noluit,

Qui

Qui bonitati, qui iustitiæ repudium dederat,
Patrem hostem habuit,
Matrem Novercam,

Dei contemptores contempsit Virgo,
Contemnenda ipsa, nisi ipsos
Contempsisset,

Aloysius Noverginus.

Augustæ Vindelicorum ad S. Udal-
ricum inscriptio simulacri Christi
in cruce pendentis:

CRUX CHRISTI.

*Salva nos ✝ Protege nos
defende nos.*

Christo Servatori, qui in Cruce moriens
de morte triumphavit, hanc ejusdem vi-
vificæ Crucis Imaginem Dominus Joannes
Abbas fieri curavit, dicavitque Anno post
Christum natum millesimo sexcentesimo vi-
gesimo primo, sui regiminis vigesimo primo.

Ibidem.

Inscriptio imaginis argenteæ

B. V. M.

Diva Mariæ Cœli Regina Virgini incom-
parabili Matri Dei omni honore dignis-
simæ hanc imaginem Joannes Abbas fieri cu-
ravit,

favit, consecravítque anno ab eius partu
M. DC. XIX. sui Regiminis XIX.

*Oetingæ in Bavariâ, in basi statuae
Argenteæ.*

SANCTISSIMÆ Triadi, Filiam, Matrem, Spon-
sam Coronanti, & Filia, Matri, Sponsæ Co-
ronatæ ex voto, & animo DD. Albertus Sigis-
mundus Episcopus Frisingensis, V. B. E. S. P. D.
C. P. R. L. L.

M. DC. LVI.

*Ibidem, in basi alterius argenteæ statuae,
referentis imagines SS. Joachimi, An-
na, Maria.*

Virgini Matri Mariæ, Matri Virginis An-
na, Patri Virginis Matris Joachimo, Vir-
ginis Matri, Patri devotus Gliens obtulit

J. Georg. Hörwardus
I. H. An. M. DC. LII.



SALIS-

Salisburgi.

ÆTERNO NÙMINI.

MAGNÆ VIRGINI, MAGNÆ
MATRI,

DEIPARÆ MARIÆ,

Superisque omnibus,

*Ad Laudem, Gloriam, & Honorem.*In piā verò & salubrem memoriā
Parentum & propinquorum optime
meritorum.*Omniūq; Fidelium in Christo Defunctorum.*Rosarium Marianum Mysticum & Angeli-
cum, olim à S. Dominico Ordinis Prædicat.
Fundatore, totis floribusq; odoriferis, ex Sa-
cro sancto Evangelistarum Roseto decerptis,
Virgineo afflatu contextum; ab eodem Ordi-
ne longè latèque propagatum, à Deo miracu-
lis, à summis verò Pontificibus varijs gratiis
exornatum; & in hac tabula re-
præsentatum,*Devotis omnibus, præsertim Marianis Amatoribus pietatis
augenda gratia, hic publicè exhibent:**Simulque Gloriosissimæ Virginis obsequio & Clientelæ
se se demissè mancipant, atque submitunt*

HENRICUS KNOLL, V. J. D.

Et SUSANNA ALTIN Conjuges

*Cientes indignissimi.***M**ARIA Virgo omnibus Misericordiæ
suum aperit, ut de plenitudine eius
accipi-

accipiant universi. Captivus redemptionem,
 aeger curationem, Tristis consolationem, Pec-
 cator veniam, Justus gratiam, Angelus lætiti-
 am. Tota denique Trinitas Gloriam.

S. Bernh. serm. 98.

AD imaginem **MARIE** accedite, genua
 flectite, oscula imprimate, Ave **MARIA**
 dicite. Est enim Tibi ô Virgo osculum impri-
 mere, hunc audire versiculum, Ave **MARIA**.

S. Bernh. serm. super Missus est.

Imagini D. Bartholomæi Apost.

UNus eram, proque uno Cælo devotus ho-
 stia :

Nunc ego mihi detractus
 Novo impietatis Portento

Alter, & idem.

Hostia sum gemina,

Exuviasque ipse gero mei

Cultrosque ferreos, & rorantia sanguine
 vincula

Trunco crucis affixi

Magne Tibi Trophæum Crucipotens

Mox etiam Victima cadam

Nec repetitis cadam vulneribus

Nil nisi vulnus unum.


Aloysius Novarinus.

Patavij sub effigie D. Antonij.

Si tua te facies, tua te commendat imago,
 Hæc tua si paries oblita numen habet :
 Sancte quid Antoni, confessor regula vite
 Efficeret quondam religiosa tua ?
 Clara quid efficerent tua tot miracula, tota
 Quid faceret : : in spiritualis homo ?
 Quid facerent animi doctes, redolentia Paulum
 Quid facerent oris Verba disertæ tui ?
 O decus Antoni Lusitana gentis adesto,
 Pelle patrecinio crimina nostra tuo.
 Adsumma ecce tuum Lustrum invisere corpus,
 Da reditum, ô Patrios da tetigisse lares.

Parisiis in Cænobio D. Germani sub
 effigie B. Mariæ V. Jesum in brachiis
 gestante, hi versus leguntur :

Effigiem Christi dum transis semper ho-
 nora.
 Non tamen effigiem, sed quem designat ho-
 nora.
 Nam DEUS est quod imago docet, sed non
 Deus ipsa,
 Hanc videas, & mente colas, quod cernis in
 illa.



Bononiæ in tabula quadam sub
effigie D. Thomæ Aquinatis.

Hæc vera est Thomæ facies expressaq; Divi,
Qui scriptis toto lumen in Orbe dedit.
Hoc meritò sibi nomen erat, quin gratus & altus
Incomprehensibilis: magnus abyssus erat.
Splendida Dominici fuit iste lucerna parentis,
Ordine sub sacro claraque semper erit.
Discite vos omnes leges & sacra colentes
Sectari tanti dogmata sancta viri.

Statua Pij V. P. M. Romæ.

PIUS. V. PONT. MAX.

Religionis. ac. Pudicitiz. Vindex
Recti. Et. Justi. assertor
Morum. & disciplinz. Restaurator
Christianæ. Rej. defensor
Salutaribus. Editis. Legibus
Gallia. Conservata
Principibus. foedere. junctis
Parta. de. Turcis. Victoria
Ingentibus. Ausis. Et. Factis
Pacis. Bellique. Gloria.
Maximus
Pius. Felix. Optimus. Princeps.

H

Tici-

Ticini.

Siro. Tutelari. qui. puer. Christo. panes. & pisces. ad turbarum. alimenta. porrexit. vir. autē. accepta. à Christo. cœlestis. fidei nutrimenta. Ticinensibus. primum. deinde. finitimis. nationibus. dispensavit. S. Petri. à quo. Ticinens. Sacrat. Episcopus. institutione. Discipulo. patria. Contertaneo. Sanctitate. Imitatori. huius. populi. pietate. patri. munere. pastori. tutela. Patrono. Imago. hæc. pos. est.

Imagini B. Andreæ Avellini.

BEato. Andrea. Avellino. Clerico. Regulari
Calitum. Choris. Adscripto
Quod. expiatis. Lupanaribus. fundatisq. tem-
plis
Pœnitentum. mulierum. Collegiis. institutis
Virginum. erectis. Gynecæis
Traditis sanctissima. Disciplina. Decretis
Christiana. probitatis. exempla. ubique
Gentium. propagaverit
Conspirante. Virtutum. omnium. Cœtu
Cœlestium. Gaudiorum. Imaginem. Mansura
Laudis Vestigium.
LL. Consecrauerunt.

Statua Vespasiani Cæs.

VICTORIÆ AUG.
SACRUM
PRO REDITU
IMP. CÆS. T. FLAVI
VESPASIANI. AUG.
PONT. MAXIM.
TRIB. POT. COS. II. P. P. STATUAM
EX. ÆRE. ORDO. SPOLETINORUM
CONLOC.

Equitis Federici Zoccari

TABULA,

In quâ Christus columna alligatus.

M Armorum quæ vincla ligant sacra
membra columnæ

Lumina contuitu, corda stupore ligant.

Ac se fortè etiam tam vivi corporis artus

Moturi, vinclis nō premerentur, erant.

Quid loquor? (artificis proh mira potentia
dextræ!)

Vincla premunt, artus se tamen arte,
movent.

Marinus Bettinns S. J.

Pro imagine Neronis.

Adhuc in imagine savit.

Pro cane picto.

Adhuc latrare videtur.

Pro equo bellicoso depicto.

Audax procul olfacit arma.

M. L.

Petrus Labbe

M. L.

Statua Julij III. P. M. Perusia.

Julio III. Pont. Max. ob restitutos Magistra-
tus piè deprecantibus Fulvio S. R. E. Card.
& Ascanio Corneis ex sorore nepotibus ad
muneris, gratique animi perpetuitatem Peru-
sia dedicat.

Statua Ant. Marcellini.

TANTONIO MARCELLINO. V. C.
CONS. CAMP. PATRONO. DI-
GNISSIMO. OB. INSIGNIA. BENE-
FICIA. QUIBUS LONGA. POPULI.
TÆDIA. SEDAVIT. UNIVERSA. PLEBS.
BENEVENTANA. CENSUIT. PONEN-
DAM.

Ad

*Ad B. V. Cellensem in Styria,
Statua ex auro conflata, quæ Ferdinandum
II. genuflectentem refert.*

VOti huius B. V. Cellensi Ratisbonam i-
turus se reum fecit Anno 1636. quo i-
tem ex votis suis ibidem coronari in Roma-
norum Regem vidit filium Ferdinandum.
II. Oblatum anno 1638.

Statua symbolica Humilitatis.

HÆC est quam colas Deam
Ambitionis mancipium
Animus submissè sentiens Numen
Honorum est
Non ambitus non Favor Regum.
Falleris, si speras extolli
Qui in Imo non es.
Contempta Gloria Cæsari rediit cumulator.
Sapiens Virtutes quærit, non
Virtutum insignia,
Si dantur, Personatum se putat
Non sua Augustum Forma.
Misera Virtus quæ Luce gaudet aliena,
Hanc vendit qui pretio illos
Mercatur Honores.
Disce Lector :

Cæsarem imperare decet, non servire
Gloriæ.

Imagini Symbolicæ Astronomiæ.

*Astrorum speculariæ
Observatrix Cælorum,
Motuum Solis, ac Luna contemplatrix,
Dierum, Mensium, Annorum distributrix;
Quantum mortalibus Astrologia obest,
Tantum mortalibus Astronomia prodest:
Nam quantum Astrologia mentitur,
Tantum Astronomia verè metitur.*

Imagini Symbolicæ Medicinæ.

Mater me necessitas genuit,
Quotidie usus me parit,
Vires herbarum, medendi leges
Periclitatio ipsa me docuit,
Æternas ut in corporibus rixas sedarem
Præcellenti temperamento,
Insanit quisquis sanitatem cupit
Et servatricem sanitatis temnit.

Pasquini Romani inscriptio.

Pasquinus eram, nunc Lapis.
Forſan Apis: quia pungo.

Dij tibi culeum : si spernis aculeum.
Etiam mellibus ungo : Et felle purgo.

Si sapias,
Audi lapidem,
magis lepidum,quàm lividum.
Fruere salibus, infulse!
ut bene sapias.

Calcibus calceos olim aptavi :
nunc rectos pedibus gressus inculco.
Abi in lapidicinam, si spernis lapidicinium.

A L I A.

Lapis loquitur : forsan Lapidem increpat.
Romæ olim, quot homines, tot statux, hodie
tot lapides, quot homines.

Nisi tu faceres, quæ loquor : mutus ego La-
pis essem.

Lapis latrat ; canis est : forsan fures vi-
det.

Video te , & rideo : odia non audio.
Forfan tu alapas Lapidi non læsurus, læderis :
impinges, non punges.

Ego neminem lædo , nisi malos : accede si
bonus es.

Audi me loquentem , & vitam corrige : ne vi-
tia tua omnes loquantur.

Si me conteris : in plures lapis lapides ab-
ibit :

Etiam Lapilli loquentur.

Sandrart.

*Romæ Statua Equestris ex auro posita
erat ante Rostra L. Cornelio Syllæ, cum
hâc inscriptione:*

L. CORNELIO. SYLLÆ
IMPERATORI.
FORTUNATO.

Romæ sub Statuâ Servij Sulpitij.

SENATUS. POPULUSQ. ROMANUS.
SER. SULPITIO. QUINTI. F. LEMONIÆ.
RUFO. QUOD. DIFFICILLIMO. REIP.
TEMPORE. AUCTORITATEM. SE-
NATUS.

SALUTEMQUE. POPULI. ROM. VITÆ
SUÆ.

PRÆPONENS. IN. LEGATIONE
MORTEM.

OBIERIT. VITÆ. CONSENTANEAM.

Statuæ Crassi Junioris.

CRASSO. JUNIORI. M. CRASSI. F. PA-
TRIA. LOBETANORUM. SERVATA.
QUÆ. JURE. BELL. MILITI. IN. PRÆ-
DAM. DANDA. ERAT. POPULI. LOBE-
TANI. VIRTUTE. MAGNI. VIRI. SER-
VA-

STATUAR. ET IMAGINUM. 121
VATI. STATUAM. EI. IN. ÆRE. AURA-
TAM. IN. ADITU. TEMPLI. DE Æ.
BELLONÆ. POSUERE.

Statua Valerij Pudentis.

L. VALERIO. L. F. PUDENTI. HIC. CUM.
ESSET. ANNORUM. XIII. ROMÆ. CER-
TAMINE. JOVIS. CAPITOLINI. IUSTRO.
SEXTO. CLARITATE. INGENIJ. CO-
RONATUS. EST. INTER. POETAS. LA-
TINOS. OMNIBUS. SENTENTIIS. JUDI-
CUM. HUIUS. PLEBS UNIVERSA. HIS-
CONIENSIIUM. STATUAM. ÆRE. COL-
LATO. DECREVIT.

CURAT. R. P.

*In Prætorio Patavino sub imagine
Caij Valerij Flacci.*

C Valerius Flaccus, Patavinus, Carmine
heroico, labores Argonautarum decan-
tavit, quod opus fato præventus imperfe-
ctum inemendatumque reliquit, cum sui ma-
gno desiderio illorum temporum studiosis,
imò vel testimonio Fabij Quintiliani, con-
querentis, nuper in Valerio Flacco multum
amissum esse. Nec tacuit M. Valerius Martia-
lis, Tellurem Aponam non minus gaudere
Stellâ & Flacco, quam suo Livio. Ad quem e-
tiam

tiam scribens, alumnus & spes Iarisi Atonorei eum appellat. Floruit sub Vespasiano & Tito, pervenit & ad imperium Domitiani eo genere Carminis, ætatis suæ nemini secundus.

Ibidem.

Q Asconius Pedianus Patavinus, Orator in M. T. Ciceronis orationes Scriptor egregius, quem Laurentius Valla, vir doctissimus, Aul. Gellio doctiorem dicere non dubitavit. Pleraque alia scripsit, ex testimonio virorum Doctorum, quæ à studiosis linguæ latinæ desiderantur.

Ibidem.

ASINIUS STELLA

Patavinus columbam in deliciis amantissimus, elegiaco versu deflevit, quo genere carminis adeo excelluit; ut Marcus Valerius Martialis, ipsum Val. Catullo anteferre sit ausus suo Epigrammate affirmans Stellam tanto maiorem Catullo, quanto passere major est columba. Papinius etiam Statius iure Sodalitij sibi junctus elegantissimo Epithalamio suas cum Violantilla nuptias celebravit, quibus novem Musæ cum elegia non abfuerunt. Opus Elegiarum, factorum invidia desit-

desideratur. Floruit temporibus Domitiani, nec de ipso aliud compertum haberi potest.

Alberti Dureri.

Memoriz A.D. Viri optimi, omnium ætatis suæ pictoris absolutissimi, qui non minùs virtute quàm arte clarus, primus inter Germanos rem pictoriam illustravit, auxit, & ad severitatem restrinxit, sed & literis commendavit. Quamobrem, nec non summam animi modestiam ac prudentiam, non solum patriæ ac Germanorum gloriam auxit, sed & CC. (*fort. Cesaribus*) aded carus fuit, ut eum annuo stipendio C. aureorum donarent. Obijt autem suo fato, in re opulenta, anno ætatis.

Bilibald. Pirckheimer.

Statua Q. Fabij Maximi.

Q. Fabius. Maximus. Dictator. Bis
 Cos. V. Censor. Interrex, Augur.
 Primo. Ligures. subegit. Ex. ijs
 Triumphavit. Tertio. Et
 Quarto. Hannibalem. Cum
 Pluribus. Victoriis. Ferocem
 Subsequendo. Coërcuit. Magi-
 stro. Equitum. Minatio. Cuius

Popu-

Populus. Imperium. Cum. Dicta-
toris. Imperio. æquaverat. Exer-
citu. profligato. subvenit. Et. eo
Nomine. ab. Exercitu. Minutiano. Pa-
ter. appellatus. Est. Cos. V.
Tarentum. cepit. Triumphavit
Dux. ætatis. suæ. Cautiss.
Et. militaris. rei. Peritiss. Habitus.
Est. Princeps. in. Senatu. Duobus
Lustris. Lectus. est.

Statuæ Francisci Guinifij.
Lucæ.

*Francisco. è. Guinifiorum. familia
Summo. Viro. Atque. omnis. jam. participi. æ-
ternitatis
Una. totius. Reip. Voce. Praconium. esto
Instructas. Patria. Insidias. jamq. impendentæ
Patefecisse. Dissipavisse.
Arcem. veluti. Libertatis. jugum. impositam. Vrbi
Privato. nomine. Receptam. Senatui. condonasse
Omnes. In. Remp. fortune. fluctus
In. se. primum. allisos
Ineluctabili. fregisse. constantia
Qua. Proceres. ivere. Romani. pone. secutum
Catonum. impleffe. Fabiorumque vestigia
Denique. tanquam. Patria. Parenti
De. Publico. persolutum. Illi. Fumus
Statuamque. collocatam.
Meritissimo*

Repar.

Repar. Sal. An. MCCCXCII. Decemviro
Principe. Jam. IV. Lando. Moriconio.

Mediolani ad Statuam Philippi II.

Justitiæ. Simulacrum.

Quod. ex. antiquo. Pij. IV. instituto
Collocandum. hic. dixerant

I. C. Mediolanen.

In Philippo. II. Rege. Catholico
Expresserunt.

Magno. Comestabili. Joanne. Velasco

Feliciter. iterum

Gubernante

M. DC. XI.

Statua Philippi III. Romæ.

Philippo III. Regi. Catholico. Integra-
rimo

Clementissimo

Cuius. Imperium. vix. æquavit. ambiens
omnia

Sol.

Potentiam. Sola. Religio. superavit.

Hispanorum. Natio. P.

III. Non. Augusti. M. DC. XXI.

Mediolani.

Philippo II. Regum. Maximo

Am-

Amplificatori. Orbis. Fundatori. quietis
 In. Summâ. potentia. &. felicitate
 Ita. Sapienti
 Ut. Divina. imitando. humana. omnia.
 Inferiora. duxerit. virtute.
 Mediolanenses. publico. iudicio
 Statuam. sub. ære. loco. suo.
 Locandam. statuerunt.

Ibidem.

PHILIPPO III. REGI. POTENTISS.
 OB. MAXIMAS. ET. CLARISSIMAS.
 VIRTUTES.
 QUIBUS. INFRA. REGNI. PRIMORDIA
 UNIVERSOS. POPULOS. TUERI.
 EISQUE. CONSULERE. COEPIT
 MEDIOLANEN. CIVITAS
 EQUESTREM. STATUAM. ÆRE
 SUPERFUSAM
 GRATULATIONIS ET OBSERVANTIÆ.
 TESTIMONIUM. EXOLVIT.

Florentiæ in Cœnobio Benedict.

Ugoni

Etruriæ Camertum

Spoletanorumque

Duci. &. Marchioni

Alberti. March. Fil.

Ugonis. Ital. Regis

Ne-

Nepoti

Abbatia. Florent.

Magnificentiss.

Pientissimoque. fund.

D. C. XVI. à morte. anno

Stat. erex.

Post. Honorarium. Monumentum

Post. Solemnia. Anniversaria

Laudationis. Parentationisque

Post. Quotidianas. Inferias

Grati animi

Epidosis.

A. Da. M. D. C. XVII.

Patavij.

ALOYSIO MOLINO PRÆTORI.

Qui cum urbem cadibus cruentam, nocturnis insultibus intutam, penuria ac fame propè obsessam invenisset, incredibili virtute ac pervigili semper curâ post sævam latrocinationem repressam, atque adhibita juvenilibus animis fomenta, ut pacem pati vellent, annonæ rerumque omnium affluentiam, adversus anni sterilitatem fundosque mendaces invexit, & pro corrupto ac perditio arbitrio statu optimum ac felicissimum longo etiam in posterum provisu induxit.

Juris Studiosi Musarum ac civium Sospitatori PP.

MDCLI.

Aloy.

*ibidem.***ALOYSII MOLINI**

Os humerósque & verendam populis Cæsariem gratum pondus supercilij frontisque honores adspicis, quos semel vidisse non est satis, quales habuisse Jovem Phidias credidit sed serenum. Qui simul Patavino coelo ful- ère, non dira modo tempestas & scelerum nox discussa est atque impij fratres sine fulmine matri redditi, sed de toto nutricis vertice profusa ubertas & ipsæ Musæ tot annorum cladibus trepidæ ac fugientes pacatis sedibus, quod nemo fieri posse crediderat, restitutæ sunt.

Aquila Germanica inter latantes olores geminum caput proclinans pro fulmine frondem fulminis nesciam ministrat. M. DC. LI.

*ibidem.***SEBASTIANI MICHAELIS**

Os probum vultúsque semper serenos nec unquam tristes, nisi cum benemerendi occasio sublata esset, Juris studiosi marmore sacrarunt vitæ imaginem mentis templo dicatam sola veneratione complexi. Anno M. DC. LII.

SEBASTIANO MICHAELI

Vrbis morúmque Praefecto vigilantissimo, quòd inusitato mentis vigore purgata

gata atrocissimis urbe civibus ac Musis pacem
præstiterit fidam ac duraturam auctisque in
nullis noxam vectigalibus Gymnasij ara-
rium sublevarit.

Sapientiæ cultores eius sacro vultu

Justitiæ ac generositatis simulachrum.

Posuere.

Anno M. DC. LII.

Laurentio Delphino Prætori,

Quod ubere annona etiam anni sequentis
injurias discussit, miroque severitatis
ac mansuetudinis temperamento labentem
morum disciplinam fulserit demum ad trium
Insularum regimen evocatus plus præstiterit
quàm pollicitus sit, Urbis decreto

Qui honos antea contigit nemini

Quatuor viri P. C.

MDCIIL.

Gustavus Adamus Banner,

Magni Suecicarum copiarum Imperato-
ris magnam incrementum cum regnandi ar-
tes à contubernio sapientiæ peteret ne un-
quam privatus esset Gymnasium regere iussus
ita imperavit quasi diu paruisset ita pace usus
est ut summi Ducis augurium expleverit. Juris
Studiosi P. P.

I

Hoc

Hoc frontis honore placidoque fulgore. luminum ac promissa cæsarie «vide populis; spectabatur Gustavus Adamus Banner cū a parentis fortissimi Imperatoris trophæis recens Patavini Gymnasij regimen capesseret, & laureatis utrimque fascibus in complexu Musarum Imperatoriæ indolis flos in spem non unius triumphii assurgeret.

Natio Germanica Martis ac Musarum salumno Patri militaris, filio litteraria gloriæ reparatori felicissimo. M. P.

Andrea Janino Prorect.

Cui ob singularem dexteritatem atque eximium splendorem Theologi, Philosophi & Medicorum ordo statuam decrevit. Ille altitudine animi gravissimo iudicio contentus inania transmisit, sequente eum gloriâ, quam fugerat, hoc uno statuam promeritus. Anno M. DC. LI.

Octavius Ferrarius.

Patavij.

Angelo Corrario Prætori,

Qui Veneto Cœlo delapsus populis, quoscunque adiit, beneficus ac salutaris, his etiam terris usura brevi commodatus, mansuetudine, celeritate, & consilij præstantia
nomi-

hominis augurium implevit : hoc etiam quod
in ipso ferum ingentium molimine evocatus
est, ut pacis ac felicitatis internuncius Roma-
num orbem, collustraret.

Literæ ac disciplinæ

Cyllenium sedus sibi modo ostensum benefi-
ciis præsens adorant, atque erepti desiderium
augustâ imagine solantur. An. M. DC. LVI.

Octavius Ferrarius.

Patavij sub imagine Dominici

Molini.

Hos habuit vultus

Dominicus Molinus :

Hoc aspectu majestatis plenissimo

Omnium amorem ac venerationem
adeptus est.

Sed animo nihil pulchrius,

Nihil augustius unquam fuit.

In hoc civilis prudentia sacrarium,

Musæ domicilium posuere.

Conversis huc omnium gentium

Ingeniis atque linguis,

Raro in tantâ fortunâ exemplo,

Facere quæ scribantur,

Scribere quæ legantur.

Oct. Ferrarius.

Joannis Antonij Zeno Patavij

Præfeti.

Joanni Antonio Zenoni

Quod inter Imperij curas

Et magnæ fortunæ medicamenta

Musas respexerit

Juris cultores

Juris servatissimo PP.

Idem.

Joannis Antonij Zeni

Constantiam & celeritatem

Ignem quoddam volucrem

Difficillimis temporibus

Urbi ac Reipublicæ salutarem

Philosophorum ac Medicorum cœtus

Æternitati sacravit.

Idem.

Pauli Caotortæ Patavij Prætoris.

Paulo Caotortæ

Herculi Musægeti

Artium ac Disciplinarum conservatori

Beneficentissimo

Facilitatis ac Clementiæ summæ

Sapientiæ atque Hygiæ sacris

Operata pubes

H. M.

Cor.

Corpora & animas
Religiosissimè addicit.

Idem.

Patavij.

*Hieronymi Bragadeni Utini
Præsida.*

Hieronymi Bragadeni
Sacros vultus
Venetæ Majestatis simulacrum
Quod intra juventam
Integrè ac strenuè administrata Provincia
Compresso grassatorum furore
Rerum beato proventu
Cunctos ditaverit
Decuriones dicârunt
Ut ad eius exemplum
Futuri præsidēs exigantur.

O& Ferrarius.

Ibidem.

Decora alta
Henrici Lindesaj Scoti Pro-Rectoris
Quem magna virtus
Ignorantiam recti & invidiam
supergressa
Principum inclinatione

I 3

Cun?

Cunctorum ordinum favore subnixum
 Immortalitati commendavit.
 Juris cultores P. P.

Idem.

Ibidem.

Henrico Lindeſaio

PRO-Rectori cum paucis comparando
 Cuius industriæ ac dexteritati
 Venera Majestas primum indulſit
 Ut Pro- Rectores deinceps
 Eodem ritu quo procures & nobilia
 Capita
 Laureâ insignirentur
 Juris studiosi P. P.

Idem.

Patauij.

Chriſtiano Bruno Danø
 Cui ob formam Imperio dignam
 Animique dotes Regias
 Præcipuè ſplenſorem & munificentiam.
 Gymnaſium Patavinum
 Suas fortunas commendavit
 Eiusque ſedula opera & providentia
 Triſtiſſima tempora moderatè exegit.

Pro

Pro-Rect. B. M.
Iustitiæ Sacerdotes
P. P.

Ibidem.

CHRISTIANO BRUNO DANO
PRO-RECTORI
PRINCIPIS BENEVOLENTIA
CUNCTORVM ORDINVM
FLAGRANTISSIMIS STUDIIIS
SEMPER BENE USO
ASTRÆ CULTORES P.P.

Ibidem.

PHILIBERTO VIZZANIO
PATRICIO BONONIENSI
QUI CAROLI EMANVELIS FRATRIS
MAGNI PHILOSOPHI STUDIIUM
ATQVE OBSERVANTIAM IN
REMP. ÆMVLATVS
GYMNASII REGIMEN ADEPTVS
CVM FRATRE PARI A FECIT
VT ILLE PRÆCEPTIS SAPIENTIÆ
JUVENTVTI EXCOLERET
HIC DEXTRE AC LIBERALITER OB-
EVNDO
ACADEMIÆ IURA ATQVE IM-
MUNITATEM
TVERETVR
PHILOSOPHI AC MEDICI
POSVERVNT.

Ibidem.

CAROLO BENZONO PRO-RECT.
 QUI ROMANA GENEROSITATE
 PRO-RECTORUM DECUS IM-
 MINUTVM
 NON SIBI
 SED GYMNASIO ASSERVIT,
 JURIS CANDIDATI PP.

PATAVI.

Alexandro Macradio Vicentino,

Quem forma Imperio digna, liberalitas
 privato censu, consilij vis ætate major
 ita supra ceteros extulerunt, ut solertia, &
 dexteritate se ipso major visus sit. Nam præ-
 servidæ juventutis dissidio tumentes animos
 ita circumegit, & flexit, ut ex turbida tempe-
 state insperata tranquillitas emerferit.

Juris Cultores P.

Ibidem.

Nathanaëli Schrodero,

Qui reditum in patriam adonans studiis
 omnium, ac premsatione ultro ambitus,
 ut

ut Gymnasij regimen capesseret prudentia liberalitate & candore Germanico ita se gessit, ut imperij tempus brevissimum visum sit, & quo eius memoriae maximè in longum prorogaretur Juris studiosi optimi Prorektoris imaginem cordibus omnium impressam, cordis symbolo sacraverunt.

Ibidem.

MELCHIOR TETTA SICCENSIS

Dalmata,

Adoptione Germanus, dexteritate Italus, ita utriusque gentis genium miscuit, ut eius cætus moderator, quem è toto Orbe delibata juvenus constituit, dignus ex omnibus visus sit, qui adoptaretur ab omnibus, splendore ac munificentia præteritis Prorektoribus tenebras obdlexerit, futuris æmulandi spem abstulit: Juris Studijque jure posuere.

Ibidem.

JOANNI SAGREDO

Equiti,

Summos honores intra juventam adeptus. Nam primo in Galliam mox in Britanniam extra ordinem legatus tum magnus Præconsul tor atque Urbis huius Prætor post breve spatium ad Cæsarem transire jussus hæc se ita

I s

gessit

gessit ut cum nihil ad gratiam ageret omnia grata essent quæ faceret tantumque desiderij è Provincia deportarit quantum reliquit exempli.

Ibidem.

Præstantissimo merito

Hieronymi Justiniani effigies hisce penetrabilibus sacrata est, quæ, sicut exporrectæ frontis honore & augusta oris dignitate reliquas imagines antecellit, ita ille clementia, liberalitatis fulgore ceterorum Præfectorum luminibus obstruxit. Juris prudentiæ sectatores P.

Ibidem.

Quis Hieronymi Justiniani os roseum frontisque decus nulla unquam supercilij nube obductum, nec tam triumphali trabæ intextum, quàm genis irradians purpuræ lumen contemplatus sublimem animum incomparabilem munificentiam sed præcipuè studiorum tutelam non inde coniiciat & salutare hoc sidus serò sibi datum citissime ereptum non ingemiscat? Astreæ studiis addita Juventus P.

Pata-


PATAVII.
MARCI RVZINI PRÆ-
toris

Sereni vultus duro marmore spirant, cuius
mitissimum pectus clementia tanquam Tem-
plum insedit, cui cum una felicitas fuerit
fecisse felices, postquam Urbem annonâ Gym-
nasium munificentia beavit, ita abscessit ut
cùm nullius unquam spem frustratus sit, sui
desiderium explere non potuerit. Juris Stu-
diosi B. M. P.

Ibidem.

MARCI RVZINI PRÆ-
toris

Augusta species tantæ fortunæ par com-
menda Imperium, magisque se menti-
bus omnium quàm obtusibus insinuat, nec
tam spectantes rapit, quàm mœrentes solatur,
sum sibi ereptum esse, cuius sublimitas & man-
suetudo nec invenerit æmulum, nec habitura
sit exemplum. Divinæ atque humanæ
sapientiæ Studiosi P.



PATAVII.

ANDREAS PISANUS.

Prætor

Visu atque auditu iuxta venerabilis cum
 mirò seueritatis ac mansuetudinis tempe-
 ramento res olim difficillimas Imperium
 ac libertatem miscuisset eos amoris ac vene-
 rationis fructus tulit ut festæ pacis atque an-
 nonæ memoria hic omnium gratulatione spe-
 cteretur quo discedente nemo lachrimas tenuit.

Juris Studiosi PP.

M. DC. LIII.

ANDREAM PISANUM

Præf.

Gymnasi columnen ingens sed breue pu-
 blicæ felicitatis bonum ubi vix sibi o-
 stensum abripi viderunt Sapientiæ cultores
 ut aliqua ratione perpetuum redderent eius
 effigiem vice speculi sacrarunt in quod qui
 regnant quique regnantur non sine fructu in-
 tuerentur. Anno M. DC. LIII.

Ibidem.

SEBASTIANI JUSTINIANI

*Præf.**Simulachrum quod paupere saxo**Aurea virginit cultores posuerunt**Sfor-*

STATUAR. ET IMAGINUM. 139

Stipendia fortuna votis respondisset

Stare auream iussissent

Quando ille duro seculo aureos mores induxit

Aurique animosus contemptor

Vili rerum annona

Soli virtuti ac litteris

Pretium posuit.

Anno M. DC. LII.

SEBASTIANI JUSTINIANI

Venerabilis species

Et quidquid spectandum posteris tradi potest

Hic oculos rapit

Quae pingi non possunt meliora puta

Horum ductu ac lineamentis

Qualia sint conicito

Ingens animus pulcherrime habitat.

Liberalium artium sectatores P.P.

M. DC. LIII.

PATAVII.

FRANCISCI IGNATII THERMAIRO

Prorectoris

Magistratu abeuntis ut desiderium mi-
tius terret Academia Patavina eius inder-
fesso ac pertinaci labore in primum splen-
dorem ac libertatem asserta imaginem are-
duci iussit, excelsi proindeque animi simula-
crum

cum in quod futuri Prorectores inspicerent,
ad quod consilia actusque suos exigerent.

Ibidem.

ALOYSIO PRIOLO

Paterna venerationis titulum promerito

Quod submōtis peccandi causis

Leuiore lapsus atque etatis licentiam

Clementer estimarit

Et in pudoris notam supplicio conuerso

Suffundere maluerit iuuentutis sanguinem

Quam effundere,

Artium Studiosi

Summo regnandi artificii

Effigiem sacrarunt.


Ibidem.

MARIONO MARONIO

Prorectori Nobilissimo,

Quod publici census tenax, privati profusus, non æs modò alienum ingens dissolverit, sed Gymnasij ærarium locupletauerit, quodque alterum sanctius ærarium jura, atque immunitates acri custodiâ tutatus sit. Juris Studiosi B. M. P.

Anno M. DC. LVIII.



ATA

PATAVII.

Hoc militari aspectu cultuque civilis imperij insignibus radiante spectantium oculos rapiebat Aloysius Mocenicus incertum bello an pace clarior cum à Turcicis Trophæis recens in Urbe studiorum altrice Otomannicas manubias Musis consecraret, fessisque Rebus subveniens fovendis ingenijs laudem pæneraret. Juris studiosa juvenus suum cuique decus rependens sacros vultus quam publicis hostibus formidatos tam clementiæ fulgore cæciscos æternum grati animi monumentum statuit. Anno M. DC. LVIII.

Ibidem.

MARIONO MARONIO

Veronensi Prorectori,

Qui Gymnasij gubernacula subire coactus nulli tempestati animum submisit fidēque ac munificentia cum ærarii rationibus tum famæ consuluit, cuius merito Juris Studiosorum consensu decretam statutam partim moderatione deprecatus est. Sed sicut fasces invito delati, ita reluctanti summus hic honos novis suffragiis sancitus.

Adeo spreta in tempore gloria cumulator
redit.

Ibi-

Ibidem.

JOANNI PISAURO,

Cui fortunæ amplitudo nihil plus contulit quàm ut prodesse mortalibus tantundem vellet ac posset. Quod hanc Martis palestram Phrygios penates perpetuò complexus de Venetæ rei fastigio benefico lumine perfuderit, & inter Principatus curas adsciverit. Equestris ordo eius effigie Honoris tempus augustius reddidit.

Venetis in Comitio sub effigie Francisci Molini Ducis.

Cum rempublicam exitiali bello concussam pietatis ac iustitiæ commendatione accepissem, sævienti fortunæ invictum animi robur atque optimam spem opposui, luctuosissimæ tempestatis exitum videre merui magis quàm potui.

Sub imagine Petrarchæ, in arce Ducis Urbinatis.

FRANCISCO. PETRARCHÆ.
OB. ACERRIMUM. INGENIUM. SVAVISSIMÆQUE
INGENVITATIS. DOCTRINAM. POSTERITATIS
LÆTITI. A LVSVSQUE. DICAVERE
B. M. Sub

*Sub Statuâ Plinij Junioris, apud
Comenses.*

C Plinio. Cæcilio. Secundo. Qui. Consula-
tu. Auguratu. Militiæ. Gestis. Orandis.
Causis. Poëmatibus & Historiis. conficiendis.
Cæs. re. Traiano. Augusto. Luculentissimè lau-
dando. Afficiendoque. Immensa Liberalitate.
Patriam. suam. eidem. immortale. Contulit.
Ornamentum. Ordo. Comensis. Concivi. suo.
Desiderabili. Honore. accepto. monumenta.
P. M. CCCC. LXXXII. X. Cal. Maij.

Sub Statuâ alterius Plinij, ididem.

O Rdo. Populusque. Comensis. C. Plinium.
Secundum. Mactum. Ingenio. Virum. Di-
gnatione Claris. Doctrina. Admirabilem. Ut.
Qui. olim. Imperator. Cæsar. Vespasianor. A-
micisiam. meruerit. Officia. Maxima. Gesse-
rit, Ac. Scriptores. Universos. Copia. Et. Va-
rietate. superaverit. Municipem. suum. In-
comparabilem. Statuâ. Et. elogio. ornavere.

L U C Æ.

Statuæ Tobiae Sirtiij.

T O B I A S

Apud exteros cæcitis
Apud nostros prudentiæ nomen

R

Reip.

Reip. commodis, & Sirtia gentis
Immortalitati

Oculatissimus invigilavit.

Qui consilio prudens, actu strenuus,
exitu felix

Lacerata per secessionem Rep.

Ita cæcutivit ad singulorum delicta

Ut universorum incolumitati
prospexerit.

Propior naufragio erat,

Nisi ad hanc Syrtim appulisset
publica salus.

Is enim vero rem armis susceptam,

Ve bis peregit,

Decertandi furorem elusit decernendi.

Consilio,

Quodque humanam exuperat facultatem,

Remedium collapsis rebus

Simul moderatissimum, simul

Præsentissimum excogitavit.

Merito dicas

Ea tempestate voluisse

Deum Opt. Max.

Ut in illo Viro mens publica
resideret.

Quamobrem Athenarum imitatione
Salubrium consiliorum Auctori ac Principi

S. P. Q. L.

An. à Par. Virg. MDCXXXI:

Bona.

STATUAR. ET IMAGINUM.

145

Bonaventura Michaelio

Decemviro

Principe

Theatrale simulacrum Pen. Cur.

Maximianus Dezza.

*Florentia in foro primario, vulgo
la piazza della signoria, dicto, statua vi-
situr equestris ex solido aere, cum
bac inscriptione.*

COsme Medico, Magno Etruriæ Duci Pri-
mo, Pio, Felici, Invicto, Justo, Clementi,
sacrae militiae, pacisque in Etruria auctori, Pa-
tri & Principi Optimo, Ferdinandus F. Ma-
gnus Dux III. erexit. Anno M.D.XCIV.

*In cyppo aenea tabula hac in-
scripta.*

Profligatis hostibus, in deditionem acceptis
Senensibus, plenis Liberis Sen. PL. suffragiis
Dux Patriæ renuntiatur, ob zelum Religionis
Præcipuumque justitiæ studium.



K 2

Pern.

*Perusia imagini marmorea hac
subiecta inscriptio.*

D. O. M.

G Lotto. Augusta. Patriæ. Prætori
Et

Benedicto. Card. Ubaldo. Episcopo
Ex Monalda. Nobilitate

Alter. qui. spirat. è. marmore

Montelucium. Monasterium

Fundavit. An. D. MCCIIIX.

Alter. præsentis. virtute. firmat.

Conditori. Patrono

Gentilibus. Beneficentissimis

Sanctimoniales P P.

An. Dom. MDCXLI.

*Mediolani in Cœnobio D. Ambrosij sub
effigie marmorea Ludovici Sfortia:*

LUDOVICUS

Mediolanensis Dux

Susceptum ab. Ascanio. Fratre

Romanæ. Ecclesiæ. Vice-Cancellario

Reformandæ. Religionis. in Ambrosiana.

Æde

Propositum. absolvit

Et.

Et. magni. Monasterij. Fundamenta. jecit
Anno. II. Post. Beatricis. Conjugis. mortem
M. CCC. XC. VIII.

Parisiis in arcâ Regiâ

Richelius Cardinalis statuam

Regi posuerat, cum hac

Epigraphæ.

Sto, quisquis es:

*Reverere hunc Regem, si subditus, mirare, si
externus, metue, si injustus.*

Hic est

Ludovicus XII.

Quem natura Regem Francorum, iustitia

Regem animorum,

Fortitudo terrorem hostium fecit.

Hic

*Ut naturâ justus esset, natus est, dum Sol extaret
in Libra,*

*Sed Sol saepe Libram, nunquam aequitatem Lu-
dovicus deseruit.*

*Hac aquitas cum Europa iudicem fecit, vel Vin-
dicem.*

*Hoc Vindice Rhæria in hostium casses non in-
cidit.*

Sabaudia non unâ periit.

Casale ter oppugnatum non cecidit.

*Nunc arbitrum si Germania elegisset, & liberta-
tem retineret & Religionem.*

Fertilitadinem ex virtute collige.

Intra Galliam alterum Regnum superavit.

Dum rebellibus trecentas arces eripuit:

Ad Rupellam omnia mundi Elementa vicit.

Ignem aquas, terram, vallis, Oceanum aggere.

Stetit ad Rupellam Anglus;

Sed ter victus & fugatus est.

Pinorelym domitorem Alpium & trophaum toti

Europa testabitur,

Quid ultra Alpes agere potuisset Ludovicus,

Nisi

Propugnator Libertatis Italica, quam expugna-
tor esse maluisset.

Nanceyum Gallicum voluit, ne Gothicum fe-
ret:

Et ne unquam esset inimicum,

Elegit esse subditum.

Motta solo nomine immobilem se jactabat.

expugnata est;

Ne quid armis Ludovici immobile esset.

Hec miracula videntur hoc seculo perpetrata;

Sed meditatür majora.

Interca Ludovico Justo, & victori hanc armatam
statuam

humilis & gratus

Armandus Richelms

ponit.

ST

Statuæ Cardinalis Cornelij.

*Federico. Cardinali**Cornelio**Quem. Sincera. fides. cordisq., lenitas**Virtutes**Nominibus. jam. abdita**Rebus. diu. spectata**Ex. omnibus. Electum. Civibus**Ut. præset. omnibus**Sanctum. Patriis. aris. Regem**Inaugurarunt.**Clerus. Populusque. Venetus**Parenti. Optimo**Antistiti. Vigilantissima**Venerabundus**Posuit.*In effigiem Cardinalis Ri-
chelij.*S**ic sculptum, scriptumq., Ducem cape, Sequa-*
*na, noster**Quem procul Arctois Amstela mittit aquis.**Principis hac facies, hac magni Nestoris ora,**Talis adorandum Purpura fulcit ebur.**Pallada Mauortemq., vides. Par insula sacris,**Par castris, vasto par, Ludovico, mari.**Francorum par grande, sui venerabile lumen**Stemmatit, Imperij Gloria prima Tui.*

K 4

Qua.

*Qualia sublimis RICHELÎ mens sidera voluit,
Quæ populo, Regi, quæ vacat una Deo.*

Caspar Barlaeus Heroicor.

Lib. I.

In eandem.

STupendæ Cardo non fatentis Europæ,
Non diffidentis; sed ferentis Europæ,
Et sic fatentis; RICHELÎ, genus divum;
Non Te in tabella simplici tuo totum
Vultu intuemur, Trismegiste: personam
In quâ triumphas triplicem, unicâ fronte
Reddat necesse est, quæ tuam relatura est
Subire totam nata dextra Naturam,
Et Galliam, & Te, reddat, & tuum Regem.

In imaginem Julij Mazarini.

ASpera qui totum confecit bella per Or-
bem,
Cernitis, Hic vir, hic est Julius, Orbis
Amor.

Robertus Keuchemius.

**Statuæ C. Cæsaris Aug. Filij
C. CÆSARI. AVGVSTI. F.
PONTIFICI. COS.
DESIGNATO.
PRINCIPI. JVVENVTIS.**

Sta.

Statua togata Tarrutenij Max.

TArrutenio. Maximiliano. V. C. eloquen-
tissimoque. Consulari. Diceniano. ætatis.
nonodecimo. Vicario. Urbis. Romæ. Legato.
Amplissimi. Senatus. Secundo. Socero. exo-
ptatissimo. Anicius. Acilius. Glabrio. Faustus.
V. C. loci. huius. ornatot. Togatam. statuam.
libens. posui.

Cardinali. Donghio. Legato

Quem

Laxioris. Annonæ. Cura.

Avara. ne quidquam. Cerere. Adversante
Justitia. Sontes. undecunque. ad pænas. re-
vellens.

Provincia. ad stuporem. Parente.

Tam. probis. carum. prædicant. quàm. im-
probis metuendum.

Ravenna. Adriatici. ad. mœnia.

Famulantis. Beneficio. Nobilitata.

Triumphale. hoc. stemma. ad. æternitatem.
erexit.

Kal. Sept. M. DC. LIV.

Laurentius MartinoZius.

In imaginem

GUSTAVI ADOLPHI,
Suecorum, Gothorum, Van-
dalarumque Regis Augusti.

Belliger Arctois sic stat Gustavus in oris,
Sicque solet populo reddere jura suo.
Et sic nubifero stat Mars armatus in Hæmo,
Et bellum Thracas edocet ipse suos.
Hinc Deus est Mavors, & cùm Deus ille vocatur,
Quis quoque Gustavum deneget esse Deum?
Ambo pares vultu, sed si pugnare necesse est,
Vis in Gustavi pectore major erit.

In Imaginem Serenissimæ Reginae
MARIÆ HELIONORÆ
CONIUGIS.

Hæc est magnanimi conjux Augusta ma-
riti,
Et Rex hanc animâ plus amat ipse sua.
Ista quid infesto damnas connubia morsu
Zoile? cur Sanctus displicet ille torus?
Non est mortalis, dicet hæc Nympha, sed esto,
An mirum est igitur si Dea nupta Deo est?

Adolphus à Dans.

Romæ

Romæ in monte Quirinali.

HEus tu, qui præteris, morare paulum,
ac inspice.

In Quirinali hi sunt Equi marmorei
mutili atque grandes.

Arte victa natura parens spiritum cur
eripit?

Quod Praxiteles & Phidias effinxere,
istos æmulamur.

Sat dixi. Abi, vale, salve, misce, bibe,

da mi. Romæ, cl. 10, XLVI

In Imaginem Christianissimæ

**PRINCIPIS HENRICI
IV. Gallia & Navarra
Regis.**

Quisquis ades, magnūque cupit cognoscere
Regem,

Aspice quo nemo maior in Orbe fuit.

Illius acta patent, quæ tingitur ænore Titan,

Quæque rubent ortus, illius acta patent.

Ille per innumeros ruit imperterritus hostes,

Ille triumphato victor ab hoste redit.

Et cum bella silent, profugas tunc ille Camænas

Convocat, & docto præsidet ipse choro.

Olim præclara digni si laude fuerunt,

Qui Martem, am. dectas qui coluere Deas:

Quis

*Quis poterit dignas magno jam reddere laudes?
Marte simul clarns, clarns & arte fuit.*

In Imaginem Serenissimæ
ELISABETHÆ
Angliæ, Franciæ, & Hi-
bernæ Reginæ.

Viderat Augusta picturam nuper Elizæ
Cypris, & adcomites tunc ait illa suos.
*Aut mea nunc isto facies expressa colore est,
Aut hac quæ picta est, est quoque vera Venus.*
Adolphus à Dant.

Statuæ Veneris.

Sol. calet. igne. meo. flagrat. Neptunus. in un-
dis.

Pensa. dedi Alcida. Bacchum. servire. cõegi.
Quamvis. Liber. erat. Feci. servire. Tonantem.
Quamvis. liber. erat. Ma. tem, sine Marte. sub-
egi.

Statuæ Niobes.

Vivebam, sum facta silex, quæ deinde polita
Praxitelis manibus vi. o iterum Niobe.
Reddidit Artificis manus omnia, sed sine
sensu:

Hunc ego, cùm læsi Numina, non habui.

Alci-

R O M Æ.

Alcide. Sacri. Generis. Decus. hoc. Tibi. Prætor
 Ex. Jovis. Antistes. dedico. perpetuus.



AREOLA XIV.
 INSCRIPTIONES
 ARCUM.

*Inscriptio antiqua Arcûs trium-
 phalis Romæ.*

IMPERATORIBUS. SEVERO.
 ET FILIO ANTONINO. OB.
 IMPERIVM. P. R. PROPAGA-
 TVM. INSIGNIBVS. VIRTVTI-
 BV S. EOR VM, DOMI, FORIS Q,
 S. P. Q. R.

Ibidem.

IMPERATORIBVS. INVICTISSIMIS.
 FELICISSIMISQVE.
 DD. NN. ARCADIO. ET, HONORIO.
 FRATRIBVS
 SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS,
 VINDICATA REBELLIONE.
 ET AFRICÆ. RESTITVTIONE. LÆTVS
 Ibi.

Ibidem.

Imp. Cæsar. Divi. Antonini. F. Veri. Parth.
 Maxim. Divi. Hadriani. Nepos. Divi. Traia-
 ni. Parth. Pron. Divi. Nervæ. Abn. M. Aug. An-
 tonino. Aug. Germ. Sarm. Pont. Max. Trib. Pot.
 XX. Imp. VIII. Cos. III. P. P.

Quod. omnes. omnium. ante. se. Maximor.
 Imp. Glorias. supergressus. Bellicosiss. Gen-
 tib. Deletis. atque. subactis.

S. P. Q. R.

ANTVERPIÆ.

Divo Carolo Imp. Cæs. Opt.
 Max. semper August. P. P. Optatis.

fælicibus avibus ex Hispania reduci

S. P. Q. Antverp. gratulabundi
 posuere.

I.

In arcu Pegmatis scriptum erat.

Fides & amor hæc omnia fecerunt.

In Hypopodio scriptum erat.

Genius urbis Antverpiens. ad
 Spectatores.

Pasee tuos oculos hospes gratissime. sunt hæc

Equis luminibus conspicienda tibi.

Quid

*Quidquid enim posuit vobis Antuerpia, sanxit
Incorrupta fides, gratia, mirus amor.*

II.

In Arcu.

SCeptum Regni à Deo cum susceperis, cogitato quomodo placebis ei, qui illud tibi dedit. AGAPETUS.

In basi verò hoc vaticinium.

IMPERIUM CAROLO tribuit nunc Iuppiter
Austro:

Nimirum in terris Iuppiter alter erit.

III.

In Arcu.

Super omnia quæ in Regno præclara sunt, pietatis stemma exornat Regem. AGAPETUS.

*In basi hoc vaticinium, primam
nominis Caroli litteram referens.*

Cesare cum Carolo pietas regnabit, & atrox
Impietas pedibus strata jacebit humi.

IV.

In Arcu.

Æqualem semper esse oportet Regis prudentiam. AGAPETUS.

In

In basi hoc vaticinium.

*Attollet rutilas tandem sapientia Cristas:
Aphrosyne à Regno præcipitata cadet.*

V.

In arcu.

*Æqua erga amicos & inimicos iudicia
facito.*

In basi.

*Rursus humum repetet splendens Astra
relictam,*

Ad Stygias fugiet sava Tyrannis aquas.

VI.

In arcu.

*Metum fac adimas tuis civibus, neque
formidabilis esse velis nihil perpetrantibus.*
ISOCRATES.

In basi.

*Optima dos Regum surget Clementia, cades
Succumbet, rabies concidet atque furor.*

VII.

In arcu.

*Aversare Fallaces Adulatorum sermones,
ut corvorum rapaces mores.* AGA-
PETUS.

In basi hoc vaticinium.

*Lumen Alethia telluri reddet, amarum
Mel, prostrata vomet subdola blandities.*

VII.

VIII.

In arcu.

Si honore ex omnibus vis perfrui, præsta te
communem omnibus benefactorem. AGA-
PETVS.

In basi hoc vaticinium.

Virtutum largus fons munificentia, dignis
Æra dabit, pœnas publica furti luent.

IX.

In arcu.

Esto quod audis.

Nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis
terram. Psal. 2.

In basi hoc vaticinium.

Suavis amor studij gliscet, gens crassa Sophista
Pendeat unde trabem quæret & inueniet.

X.

In arcu.

Imperatorem te revera asserimus, quippe
qui potes & vincere voluptates & regere.

Agapetus.

In basi hoc vaticinium.

Aula voluptates vincente labore fugabit,
Et cum prole Venus suppeditat agemet.

L

XI.

XI.

In arcu.

Malis ô Rex bene audire quàm ditescere, ni-
hil enim miserius inani gloriâ.

In basi vaticinium hoc.

Victrices lauri sceptrum, diademata, torques,
Digna tuis meritis symbola Caesar erunt.

XII.

In arcu.

Contende ô Rex ad honesta, ut coelesti regno
perfruaris. *Agapetus.*

In basi vaticinium hoc.

Gesta tua immortale decus noménque parabunt,
Carole, concedet mors quoque victa tibi.

*In ultimi pegmatis fastigio scri-
ptum erat.*

Spartam nactus es, hanc ornâ.

In corona verò hoc.

Quemadmodum oculus corpori innatus est,
ita & Rex mundo adoptatus est.

In basi hoc vaticinium.

Jam nova lux terris oritur pax alma redibit,
Et positis armis aurea sæcla fluent.

CA.

CAROLVS Europa Rector Libyamq, Afiamque
Afferet imperio Victor ubique suo.

Nunc implebuntur prudentum oracula vatam;
Grex unus terris, pastor & unus erit.

*Ante portam Viteam hoc erat
scriptum Epigramma.*

CONTIGIT Imperium CAROLO sine sanguine
autum;

Arrisit captis PAX, simul alma QVIES.

Rarescunt lites, rabidi siluere tumultus,

Omne nefas procul hinc exulat atq, scelus.

Lumen Apollo novum reddit, fortuna tenorem

Vertit. Et in placidum est acta carina si-
num.

Surgit ter magnus felici fidere CÆSAR

CAROLVS, Europa gloria magna plage.

Æqualem cui nulla quidem tot saecula tulerunt,

Scilicet hoc magni sic statuere DEI.

Ad priscam ut redeat tandem Respublica for-
mam;

Reddatnr mundo iusque piūque novū;



ARCUS TRIUMPHA-
lis, qui Leopoldo I. Impera-
tori ad introitum in Urbem Oe-
nipontanam Anno 1665.
erectus fuit.

In principio Pontis visebantur
duo Colossæ magnitudinis fluvij,
quorum uni adscriptum erat:

Leopoldo I. Cæs.
Patri Patriæ

Genus
Tributarias subiicit
Undas.

Alteri autem :

Lepoldo I. Cæs.
Patri Patriæ
Athesis

Fœcunda Amoenitas
Substernitur.

hæ

In fine eiusdem Pontis ad Portam Urbis, instar Arcûs Triumphalis splendidissimè adornatam, hæc legebatur primaria inscriptio :

Leopoldo I.

Rom. Imperatori

Hung. & Bohem. Regi,

Ter Maximo;

Consilio, industria, armis

Ter felici;

Pacata Germania, Devicto

Turca, Asserta Hungaria

Ter glorioso;

Patri Patriæ

Se, Urbem, Animos

D. D.

Senatus Populusq; Oenipontanus.

*A dextro autem & sinistro latere ad-
scriptum erat :*

**Amore
Et
Honore.**

**Fide
Et
Obsequio.**

R O M Æ.

Leoni. XI. Pont. Opt. Max.
Quod. Gentilitiam. Leonis.
Beneficentiam. Propagat
Urbanam Magnificentiam
Adauctet.
Memoriam. Augustiorem. Facit.
Florentissimum. Medicæ. Culmen
Gloriæ
Urbis. æternæ. Acclamatione
Perpetuat

S. P. Q. R.

***Elogium Arcui Triumphali
inscriptum Romæ.***

Urbano VIII. Pont. Max.
Conspiratione. virtutum omnium
Prærogativa Suffragiorum

Cal.

Cælitum. hominûmque. Consensu
 Ad. Christi. regnum. evocato
 Florentini
 Principi. Sanctiss. ex. Vâticano
 Dominam. Urbem. intranti
 Triumphale. vestibulum
 offerunt
 Obsequij. sui
 &
 Patriæ. Gratulantis
 Argumentum,

*Innocentio X. in Arcu Septimij
 ita fuit inscriptum:*

Optimo. Principi. Innocentio X. Pontifici;
 Maximo.
 Quî. Romani. Sanguinis. Romani. Consilij;
 sui. Nihil. Incrementi. alienæ
 Virtuti. Debet. Nihil. fortunæ.
 Itaque. omne illud. Aspernatus. Quod. labo-
 re. atque. ingenio
 Quæsitum. Non. fuisset,
 Plura. semper. meruit. quàm speravit.
 Ingentia. Reip. Munia. feliciter. gessit. Ma-
 gnam. Christiani Orbis
 Partem. pro. Concordia. Principum per-
 agravit.
 Sacram. donec. eVectus. ad. Púrpuram
 L 4 Inde,

Inde. Unanimem. Calculum. Cælo. Telluræq;
ferentibus. Rerum. potitus
Quia optime. paruit. optime. impe-
rat.

Hoc. Obsequentissimi. animi. Testimonium.
S. P. Q. R. pronus
devovit.

*Inscriptio Arcûs Triumphalis
Genue erecti, Ferdinando Cardi-
nali Austrio.*

I.

FERDINANDO. AUSTRIO
REGIA. FRATRIS. POTESTATE
EXERCITVS. CLASSES. TERRAS.
MARIA.
BELL. A. PACEM. REGENTI
EX. SEN. CONS.

2.

QUORVM. RELIGIONI. PARVM
FVERAT. CATHOLICAM
FIDEM
IN. TOTA. HISPANIA. FIRMASSE
EANDEMQ. LATA
QVASI. MAIESTATIS. DIVINÆ
LEGE. SANXISSE
NOVA. ORIATUR. MATERIES
NOVVS. ORBIS. EMERGAT.

3. QVO.

3.

QVORVM. MAGNITVDINI. DIMI-
DIATVS. SVEFFECTVRVS
NON. ERAT. MVNDVS. INTEGER.
DETEGATVR.

4.

FERDINANDO. AVSTRIO.
SACRA. POTESTATE. EQVE. AC
NATALIVM
PRÆROGATIVA. VIRTVTIS
PRÆSTANTIA
MORVM. SVAVITATE. ANIMVS
IMPERITANTI.
EX. SEN. CONS.

*Epigraphe in Triumphali arcu
Mediolani, in ipsius Cardinalis
adventu.*

SERENISSIMO. INFANTI.
FERDINANDO. AUSTRIACO.
S. R. E. CARDINALI.
ARCHIEPISCOPO. TOLETANO.
HISPANIARVM. PRIMATI,
QVOD. SVO. IN. INSVBRIAM.
ADVENTV.
POPVLOS. IN. SPEM. INTEGRÆ.
FELICITATIS. EREXERIT.
L 5 CIVI.

CIVITAS, MEDIOLANENSIS,
BONI. OMNIS. ET. OBSEQUII
MONUMENTVM.

*Mediolani inscriptio Arcûs, in ingressu
su Caesaris Montij Card. & Ar-
chiepiscopi.*

O. Nos. Inter. Infelicia. felices.
Grassante. non. ita. pridem. corporum
Eheu luc.

Cæsar. Montij. Cardinalis,
Præsto. fuit. ex. ordine. Senatorio
Frater. Tuus

Publicæ. Præses, Sanitatis.
Araque. testis. in, proximo. patet
Utinam. vero. nunc. luc

Non. grassaretur. animorum.
Quam. optimè. tamen. nobis. jam. est,
Quod. hic. Te. tandem. habemus
Archiprælulem.

Joannes Pasa,

*Mediolani, in ingressu Caesaris Montij
Card. & Archiep.*

Ave. Cæsar
Cardinalis. Archiepiscopo
Bonis. Omnibus. Optatissime
Nec, Pluraci. Vox. est

Sed.

Sed. addictissimæ. Tibi. Laurentianæ
 Parœciæ
 Cujus. tu. fines. ecce. nunc. ingrederis
 Primi. Præsulis. &
 Apostoli. Nostri. Barnabæ
 Habitatione. Ministerio. fonte. Lustrali
 Hodièque. Sacrosancto.

Item :

Venisti ô magnum incrementum Patriæ
 Reduxisti majorem virtutem
 Adduxisti multiplicem gloriam
 Coronatam Tiara, ornatam Purpura
 Veneror gratulor
 Et gaudijs præludens cano
 Abieras virtute Cæsar
 Redis in honore Augustus
 Mansurus alter à Cæsare Patet Patriæ
 Ingredere.

Item :

Præsule. Mortuo. extincta
 Quadriennium. Mœrore. Sepulta
 Civitas. Mediolanensis
 Tandem. in. Cæsare. Montio.
 Felici. Successore. Defuncti.
 Rediviva. resurgit.
 Quamobrem. Unanimis. Animatori. suo
 Precatur. Vive

Vive

Vire. Immense. Anime.
 Tantæ. Reparator. Vitæ
 Præclarum. per. te. revixisse
 In. qua. primum. vixisti
 à. cæso. Matris. utero
 Sic. dictus. Cæsar.
 Tu. Cæsar. eo. quod. arceas
 Nominis. hoc. Anagramma
 Et. Vita. revocata
 Mortem. Cæsar. arces. à. Patria.

Item:

Cæsar. Montius
 O plenum spei nomen
 Continet securitatis munimentum
 Pulsis mœroribus, timoribus
 Exhilaranda, erigenda patria
 Hæc arcana reclude, & effare
 In duplicato anagrammate
 O. MENS. UTI. SACRA
 ARCA. MUNIET. STO
 Sto erudienda pascenda; regenda
 Tabulis, Manna, Virga viventis Arcæ
 S. ilicet doctrina, Exemplo, Vigilantia
 Legiferi Pastoris
 Rectoris Cæsaris Montij
 Quid ultra? Et sto munita Patrociniæ
 Protegentis Arcæ animatæ
 Sera mihi rapiare ò Arca
 Et diu sto.

Item.

Item. Mediolani.

Fulmine. Feriente. in. simulachro
 Inscriptum Cæsar
 Littera. Nominis. Princeps. effluxit
 Intactumque. Remansit. æsar
 Exprimens. Etruscis. Deum
 Et. cecinit. omen. Roma
 Augustum. post. C. dies. transferendum
 in. Divos

O. Mendax. Superstitio
 Intonuit. & noster. amor. tetigitque
 Augustus. nomen. Augustioris. Cæsaris
 Ab. illo. caput. avulsit. neque. diminuit.
 Integravit. Ut. sit
 Æsar Montius

Scilicet. Ut. alter. Deus. idemque
 Mons. Et. Ara. suis
 Auguror. Hiccinæ. Deus.
 Diurnitate. Mons. Et. ara. suis. erit
 auxilio.

Item :

Augusta Urbs quondam
 numeroſo Cæsare
 redeuntibus Vicibus
 iterum est inclyta Cæsare.
 Unus hic & multiplex :
 Nec clamydatus ad sanguinem,
 Purpuratus ad vitalem amorem.

Bella-

INSCRIPTIONES

Bellatores olim Cæsares
 coronaverim ferro
 Amantem Cæsarem
 aurum decet.

Joannes Paster

Item:

Cæsari. Montio
 Qui in Principibus Urbibus
 Magnorum Regnorum
 Virtutum luce, doctrinæ radijs
 Dignitatum splendore Patriam
 illustravit
 Moxque ardenti charitate incendit
 & fovet
 Verus illius Pater.
 Exulante pietate gratulatus
 Civitas Mediolanensis
 Et pia currit in amplexus
 quæ dederat amans sinum.
 Oderit Rōma Cæsarem parricidam
 Amabit altera Roma parentem
 Cæsarem.

Ludovicus à Puteo.

*Florentiæ in arcu ad Trium-
 phalium morem erecto.*

Urbem. Feliciss. Auspiciis
 Ad. Etrusci. Regni. Prolem.

Augu.

Augusto. Sanguine.
 Propagandam ingredienti
 Quod. Fausto. Connubio
 Summos. Europæ. Principes
 Ardiori. amoris. nexu. devincias
 Provinciæ. securitatem
 Principibus. fiduciam.
 Populis. Hilaritatem. augeat.
 Florentia. Exultans. Festis
 Acclamationibus
 Obviam. Effusa
 Fortunatum. adventum
 Læta. ac. Felicia. omnia
 Apprecatur. M. D. XXXVI.


*Mediolani in transitu Reginae
 Hispaniarum erectus erat arcus Tri-
 umphalis, cum hac inscriptione :*

Margaritæ. Austriacæ
 Maximæ. &. Religiosissimæ. Reginae
 Ad. Sponsum. Philippum III. Hispaniarum
 Regem. potentissimum
 Proficiscenti
 Felix. iter. Faustasque. Nuptias
 Sancta. Mediol. Ecclesia
 A. Deo. Opt. Max. enixe. deprecans
 Gratulabunda. crexit.

ALTE.

*Ad Principem Card. Margari-
tae filium, cum ad regendam Pro-
vinciam advenisset:*

Ingredere. Magne. Princeps
Cæsarum. Regumque. languis
Gloria. Purpuratorum
Ingredere. per. vestigia. &
pavimenta
Quæ. Carolus. Abavus. &
Philippus. Avus
Calcavere. cum hanc eandem
In. Juventa. adirent
Illi. Juvenem. suum. Spem
Domus. alteram
Memoria. Consiliorum
Operumque
Sibi. proximum. attollent.
Ecclesia. Mediolanensis
Ulti. parem. jam
Gratulabunda. venera-
bunda. accipit
Sibi que Patronum
Optat.



*Inscriptio Arcus Mediolanensis,
in Transitu Margaritæ Hisp. Re-
gi desponsæ.*

Serenissimo. Alberto, Archiduci, Austria
Fortissimo. Felicissimoque. Principi
Per. Imperia. victorias. ac. Triumphos
Ad. Columnæ. Gloriæ. &
Regiæ. affinitatis. erecto
Mediolanenses
Tantæ. virtutis. Heroi
erexerunt.

*In Nuptiis Cæcilie Renatæ
Austriacæ Reginæ Poloniæ inscripti
Arcus triumphales carmine:*

PRIMA INSCRIPTIO.

Effusam, Regina, Tibi circumspice turbam,
Quaque venis, gande vix reperire viam.
Plebis amor tantas tibi convocat urbe catervas,
Quo tibi clausa magis semita, aperta foret.

SECUNDA.

Has aperit, Regina, tibi Varsavia valvas,
Lata patent Domina mania, corda magis.

TERTIA.

Cæcilie Renatæ Duci Austriæ; Imperatri-
cis

cis Domus fideri felici Poloniarum Regina;
conjugi fortunatissimæ. S. P. Q. V.

QUARTA.


Uladislaſ IV. Moschovitico, Turcico, Scythico, pio, felici, victori, terrori Orientis, Occidentis spei, Conjugi Fortunatissimo, S. P. Q. V.

QUINTA.

Divi Divæque Poloniæ & Austriæ Indigetes Cæciliam Renatam Austriacam, Poloniæ Sueciæque Reginam diu Regi, diu Regno, diu huic urbi superstitem velitis, impetretis, Ita vovemus S. P. Q. V.

SEXTA.

Divi Divæque Poloniæ Sueciæque Præsides ac tutelares Uladislaſ IV. Poloniæ Sueciæque Regi faventes & secundi bello & pace adeste. Diu Cælum eius virtutem terris commodet, dum Orientem laurea, Occidentem olea præcingat. Ita velitis, oretis, ad votum S. P. Q. V.





AREOLA XV. INSCRIPTIONES PORTARUM.

*Mediolani, in arcu Portæ
vulgò Ludovicæ:*

L. Mediolani Duces B.

UT Religiosum iter ad Mariæ Dei Matris & Celsi Ædes compendio civibus suis commodius faceret. Ludovicus Dux Mediolani Portam nomine suo Ludovicam cum Beatrice Coniuge aperuit.

M. CCCC. LXXXVI.

Portæ Urbis, pro Principum
ingressu.

Magni. Principes. Magnam. subituri. Urbem
salvete

Pis. Conatibus. Parvis. apparatus. benigni
Favete

M 2

Siquid

*Siquid, decus. probate. si. minus. excusate
 Temporis. angustia. Cali. inclementia
 Clementer. condonate*

*Obsequium. atque. animi. faventiam. mage.
 Quam. magnificentiam. in. re. tenui. nostra
 spectare.*

*Ita. vos. regat. Ita. vps. regat
 Qui. nos. Qui. ceteros. Belgas. Vobis
 Regendos*

Vobis. regendos. commisit

Propitius.

Fr. Swertius.

*Foribus Comobij Genuæ ad S. Bar.
 tholomæum.*

Bartholomæus. Paulus. Barnabas.
 Ex

Armenia. Roma. Cypro.

Genuæ

Uno collecti domicilio,

cultro, ense, lapide,

has fores custodiunt.

Apage profane:

Unum violare nequis, nisi trino scelere.

Accede Pie,

Uno veneraturus obsequio

Apostolicam Triadem.

AREO.



AREOLA XVI.
INSCRIPTIONES
ARCIUM.
NORIMBERGÆ.
DEO OPT. MAX.

S P. Q. N. Muros arcis non satis firmos, ad
sustinendos hostiles impetus, & iusta spa-
riorum adjectione, & multis subinde egestis
rueribus à fundamentis, magna cum laude,
erexit, ac novos fecit, Imp. Carolo V. Cæs. P. F.
semper Aug. Rege Hispan. Catholico, Ar-
chiducéque Austriæ &c. Et Ferdinand. Fr.
eius Rege, item Rom. Hung. Bohem. Roma-
nique Imperij Successore &c. Patribus vero P.
Christophoro Tetzelio, Leonh. Tuchero, &
Sebald. Pfintzingo, Anno, M. D. XXXVIII,
Mens. Aug.

ALISO ROMANVS.
MEMORIÆ SACRUM.

Siquis. Alisnem. vestigas. fortè. Sicambris.
Impositum. Drusi. grande. Neronis. opus.
M 3 Quo.

Quo. steterunt. aquilæ. populis. quo. Roma.
subactis

Jura. dedit. signis. pernicioſa. ſuis.

Huc. propera. pago, vicino. nomen. & .amni

Hæret. adhuc. priſcis. nobile. temporibus.

Longa. dies. foſſas. late. complevit. & .hoſtis

Mœnia. victrici. diruit. alta. manu

Fama. ſuperſtes. erit. ſcriptoribus. aucta. La-
tinis

Donec. Alifonis. Luppia. creſcet. aquis.

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLI-
CÆ. SEDIS. GRATIA. EPISCOPUS. PA-
DERBORNENSIS. COADJUTOR. MO-
NASTERIENSIS. S. R. I. PRINCEPS. ET.
COM. PYRMONTANUS.

Alifonem. Romanorum. Caſtellum. con-
tra Sicambros. à. Nerone. Claudio. Druſo.
Ad Luppia. & Alifonis. confluentes. poſi-
tum. rerum. geſtarum. gloria. celeberrimum.
diœceſi ſuæ. vindicavit. & .patriæ. antiquita-
tis. illuſtrandæ. ſtudio. M. H. P.

Arx Neuhuſana à Theodoro
Epifcopo Principe Paderbornen-
ſi, ad confluentes Luppia & Ali-
ſonis, extructa.

Hanc ſtruit ære ſuo Theodorus Epifcopus au-
lam

Ex Fürſtenbergis ſtemmate natus. avis.

Anna

Anno Milleno Quingenteno Nonagena
Talis ab electo Principe quartus erat.

Arx Weuelsburg ab eodem ædificata.

Arx eum districtu patulis inhonora ruinis
In Theodori usum præsulis illa venit.
Ære suo primus titulum qui informat inanem,
Et valida muros exhibet arte novos.
Fürstenbergiacæ Princeps decus inclyte sty-
pia
Sedi hoc, quo caruit, tradere perge tuæ.

*In arcis vestibulo hæc Epigrapha
legitur.*

Theodorus. Adolphus. Dei. & Apostolicæ
Sedis Gratia. Episcopus. Paderbornensis.
S. R. I. Princeps. & Comes. Pyrmontanus.
Hanc. arcem. à Suecis Paderbornam. Anno
M.DC.XLVI. expugnantibus. vastatam. & in-
censam reparavit. An. M.DC.LVIII.

*Foribus autem instaurati Sacelli in atrio
arcis hic titulus inscriptus legitur :*

Theodorus. Adolphus. Dei & Apostolicæ.
Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornensis.
S. R. I. Princeps. & Comes Pyrmontanus. Ar-
ce magnis. impensis instaurata. Sacellum. in.
hanc. formam restituit: An. M.DC.LX.

WEUELSBURGE

Prope Bodecam Monasterium
S. Menolphi.

MEMORIÆ SACRUM.

ECce. Weuelsburgi, saxo, fundatta, vetusto.

Arx. quæ turgitum, tollit. ad, astra. caput
Indomitis. olim. patriam. defendit. ab. Hunnis
Damna. dedit. patriæ. nec. semel. illa. suz
Quando. ferox armis. Fridericus. sæviit. hostis
Non. impune. tamen. quæ. tulit. arma. nepos

Sic. varias. experta, vires. dominosque. frequentes

Subdidit. imperio. se. Theodore. tuo.
Fortunata. nimis! si. quas. non. læserat. Hunnus

Intactas. fineret. Gotthicus. ignis. opes
Ferdinandus. Dei & Apostolicæ Sedis,
Episcopus. Paderbornensis. Coadjutor. Monasteriensis S. R. I. Princeps & Comes Pyramontanus,


Weuelsburgum. vetustissimum. ab Hunnorum. Germaniam. devastantium. memoria. castellum. à Friderico Arnsbergæ Comite. instauratum. & munitum. à Comitibus. Waldecensibus. ad. Ecclesiam. Paderbornensem translatum. à Burapirs Dynastis. tum. beneficij.

ej, tum pignoris, loco diu. possessum, à Theodoro. Episcopo. & Principe. Paderbornensi, recuperatum. & à fundamentis. exstructum, à Suecis incensum, à Theodoro. Adolpho Episcopo. & Principe. Paderbornensi, majori ex parte restitutum, posito. hoc. monumento, exornavit.

OLDENBURGÆ,
In monte Fürstenberg, quæ
prima Baronum de Fürstenberg
in Westphalia ad Ruram
sedes.

MEMORIÆ SACRVM.

Fürstenbergiæ. titulis. arx. inclita. gentis.
Oldenburga. tuum, quæ. modò. nomen. habet.
Sive. loci. decus. antiquum. seu. nomine. primos.
Indicat. hoc. alta. nobilitatis. av s
Hic. stetit. hostili. bellorum. sæpe. tumultu
Diruta. principibus. sæpe. refecta. suis
Nunc. deserta. jacet. præclara. glória. stirpis
Usque. recens. longa. posteritate. viget
Sic. mea. doctrina. præcor. & virtutis. avita
Laude. velut. gemina. stet. trabe. fulta. domus



Ferdinandus Dei & Apostolicæ
gratia. Episcopus Paderbornensis. Co-
adjutor Monasteriensis, S. R. J. Princeps Co-
mes Pyrmontanus. ex Lib. Baro de
Fürstenberg

Ad illustrandam. hoc. etiam. in locq. Major-
um. suorum memoriam. & posteros. avitæ
virtutis. exemplo incitandos. M. H. P.

D R I B U R G I

MEMORIÆ SACRVM.

Sæc. me. Driburgum. veteri. seu. nomine.
dicas.

Iburgum. meritis. laus. manet. æqua meis.
Saxonis. ut. perhibent. munimen. grande. ve-
tustas.

Imposuit. nostris. mania. celsa. jugis.
Præsentis. Carolus. precibus. donata. Leonis.
Quæ. Paderæ. sacro. subdidit. imperio.
Vena. acidæ. tantum. me. nunc. uberrima.
lymphæ.

Nobilitat. variis. sæpè medendo. malis.
Si. mihi. longa. dies. primos. subduxit. hono-
res.

Servat. adhuc. nostrum. quæ. fugit. unda.
decus.

Ferdi-

Ferdinandus. Dei. &. Apo-
stolicæ. Sedis. Gratia. Episcopus.
Paderbornensis. Coadjutor. Monaste-
riensis. S. R. I. Princeps. &. Comes.
Pyrmontanus.

D Riburgi, olim. Iburgi antiqui. Saxonum.
munimentum. a. Carolo. M. expugnati S. Ha-
thumaro. Episcopo. Paderbornensi. eiusq;. Succes-
soribus. cum omni. agro. &. diuisione Leonis. III.
P. M. presentis. rogatu. donati. & salubritate. &
fidula. hodie. mobilis. memoria. M. H. P.

DESENBERGÆ

Prope Warpurgum

MEMORIÆ SACRUM.

D Esenbergæ. graves. quæ finibus. ardua Castor.
Nostraq;. sublimi. despicit. arua. iugo.
Parnit. Imperio Caroli. cum. Francus. adegit
Saxona. degeneri. vertere. terga. fuga.
Vista. dehinc. cessit. suevis. hostiliter. armis.
Henricus. Patrias. cum. laceraret. opes.
Nunc. jacet. indignâ latè collapsa. ruina.
Arx. vetus. & rerum. gloria. sola. manet.
Quis. nisi. mentis. inops. factis. extendere. famam
Negligat. ipsa. videt. si. quoq;. saxa. mori.

Fer-

Ferdinandus Dei & Aposto-
licæ Sedis gratia Episcopus, Pader-
bornensis, Coadjutor Monasteriensis,
S. R. I. Princeps & Comes Pyr-
montanus,

D *Esenbergam, arcem, olim, in monte. Cognomi-*
ne, munitissimam, quam, Carolus M. praesidio,
Francorū, firmavit. Saxones, An. DCC. LXXVI,
frustra oppugnârunt. Henricus IV. Caesar, Anno
M. LXX. occupavit. hodie, verò, Episcopi, &
Principis, Paderbornensis, beneficio mobilis, Spi-
geliorum, familia, possidet, posito, hoc, monumento,
exornavit.

Brunisbergæ prope Hu-
xariam

MEMORIÆ SACRVM.

A *Rx. ubi, Brunonis, circumspicit, alta, Latine,*
Militis, infectas, cede, visurgis, aquas.
Saxones, hic, amnem, Carolum, transire, parantē,
Nec, quicquam, telis impedière, suis.
Sed, davo versa, fugâ victori, terga coacti,
Cessant, totam, Fluminis, Imperium,
Latere, nunc, illo, regnas, Corbeia, Sacrumque,
Hucaria, dicit, jus, Padiborna tue,
Quæ, si, posteritas, servasset, fœdera, nunquam,
Religio, scissis, plangeret, orba, comis,

Fer-

Ferdinandus. Dei. & Aposto-
licæ. Sedis. gratiâ. Episcopus. Pa-
derbornensis. Coadjutor. Monaste-
riensis. S. R. J. Princeps. & Comes.

Pyrmontanus.

B *Ranisberga. nobili. in Diœcesi. Paderbornensi
 & ditione. Corbeïensi. loco. ubi. Carolum. M.
 traicctū visurgis. prohibere. frustra. conati Sa-
 xones. An. DCC. LXXV. fusi. fugatique. Fran-
 cis. cesserunt. M. H. P.*

SNELLENBERGÆ

R *Everendissimorum. Serenissimorum. &
 Illustrissimorum. Archiepiscoporum. &
 Episcoporum. Electorum. ac. Principum. D.
 Dominorum Wolfgangi. & Joannis. Adami.
 Moguntinorum. D. Dominorum Friderici.
 Salentini. Gebhardi. ac. Ernesti. Colonien-
 sium. Domini. Theodori. Paderbornensis fide-
 lis. confiliarius. nuncius ad. Cæsarem. & Impe-
 riales. conventus. Legatus. Præfectus. in Bistle.
 in Fredeburg. Waldenburg. Leno-
 ne. Fritzlar. & Naum-
 burg.*



CASPAR à FYRSTENBERG.

ex Waterlapp, &c.

*Juris Licentiatus. Imperij. liber. Nobilis Rhe-
nani tractus.*

Hanc. arcem. ruinofam. & collapsam

**ΤΗΝ. ΣΚΙΑΤΡΟ-
ΦΙΑΝ.** & posteris suis. in. sui. me-
moriam. comparavit. consecrav. & donavit.

PERGITE.

Arx & Jurisdictio Burana.

MEMORIÆ SACRUM.

Ferdinandus. Dei & Apostolicæ Sedis. gra-
tia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. J. Prin-
ceps. & Comes. Pyrmontanus. composita.
difficili. ac. diuturna. controversia. & Colle-
gij. Soc. Jesu. hic. designati. fundatione Apo-
stolica. auctoritate. Vaburgum. translata. di-
vinæ. gloriæ. incremento. animarum. salutis. &
Reipub. tranquillitati. consuluit. feudum. Bu-
ranum. Ecclesiæ. suæ. vindicavit. prola-
tos. jurisdictionis. fines. constituit. ar-
cem. hanc. sibi. suisque. successo-
ribus acquisivit. Anno

M. DCXII.

Inscriptio posita in arce
Momiliani, invictissimo Heroi Fa-
sredo Benitio à Santena, pro eadem
ab hoste servatâ.

Æternat hæc marmor
Fidem illibatam, fortitudinem illasam
D. Fasredi Benitij à Santena Pedemontani
Qui sub Victore Principe
Miles invictus
Acrocorinthum Sabaudia
Dignus Rege oppugnatore Propugnator
defendit.
Ferro, Igne, Pesse,
Ac demum auro tentatus,
Victorem exercitum excepit infractus,
Reléxit illasus,
Nec tempore, nec impetu fractus, edocuit
Principem suum
Momilino quid firmitus habuisset,
Serenus, qui arcem una cum fide
defenderit:
Felix, qui fidem, una cum arce
servavit.
Anno Domini M. DC. XXX.

Aloysius Juglari.

AREO.

CASPAR à FYRSTENBERG.

ex Waterlapp, &c.

*Juris Licentiatus. Imperij. liber. Nobilis Rhe-
nani tractus.*

Hanc. arcem. ruinofam. & collapsam

THN. ΣΚΙΑΤΡΟ-

ΦΙΑΝ. & posteris suis. in. sui. me-
moriam. comparavit. confectavit. & donavit.

PERGITE.

Arx & Jurisdictio Burana.

MEMORIÆ SACRUM.

Ferdinandus. Dei & Apostolicæ Sedis. gra-
tia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. J. Prin-
ceps. & Comes. Pyrmontanus. composita.
difficili. ac. diuturna. controversia. & Colle-
gij. Soc. Jesu. hic. designati. fundatione Apo-
stolica. auctoritate. Vaburgum. translata. di-
vinæ. gloriæ. incremento. animarum. salutis. &
Reipub. tranquillitati. consuluit. feudum. Bu-
ranum. Ecclesiæ. suæ. vendicavit. prolata-
tos. jurisdictionis. fines. constituit. ar-
cem. hanc. sibi. suisque. successo-
ribus acquisivit. Anno

M. DCXXII.

Inscriptio posita in arce
Momiliani, invictissimo Heroi Fa-
sredo Benitio à Santena, pro eadem
ab hoste servatâ.

Æternat hoc marmor
Fidem ilibatam, fortitudinem illasam
D. Fasredi Benitiij à Santena Pedemontani
Qui sub Victore Principe
Miles invictus
Acrocorinthum Sabaudia
Dignus Rege oppugnatore Propugnator
defendit.
Ferro, Igne, Pesse,
Ac demum anro tentatis,
Victorem exercitum excepit infractus,
Reiecit illasus,
Nec tempore, nec impetu fractus, edocuit
Principem suum
Momiliano quid firmitus habuisse,
Serenus, qui arcem unâ cum fide
defenderit:
Felix, qui fidem, unâ cum arce
servavit.
Anno Domini M. DC. XXX.

Aloysius Juglaris

AREO

CASPAR à FYRSTENBERG.

ex Waterlapp, &c.

*Juris Licentiatus. Imperij. liber. Nobilis Rhe-
nani tractus.*

Hanc. arcem. ruinofam. & collapsam

**THN. ΣΚΙΑΤΡΟ-
ΦΙΑΝ.** & posteris suis. in. sui. me-
moriam. comparavit. consecrav. & donavit.

PERGITE.

Arx & Jurisdictio Burana.

MEMORIÆ SACRUM.

Ferdinandus. Dei & Apostolicæ Sedis. gra-
tia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. J. Prin-
ceps. & Comes. Pyrmontanus. composita.
difficili. ac. diuturna. controversia. & Colle-
gij. Soc. Jesu. hic. designati. fundatione Apo-
stolica. auctoritate. Vaburgum. translata. di-
vinæ. gloriæ. incremento. animarum. saluti. &
Reipub. tranquillitati. consuluit. feudum. Bu-
ranum. Ecclesiæ. suæ. vendicavit. prola-
tos. jurisdictionis. fines. constituit. ar-
cem. hanc. sibi. suisque. successo-
ribus acquisivit. Anno

M. DCXXII.

In.

Inscriptio posita in arce
Momiliani, invictissimo Heroi Fa-
fredi Benitio à Santena, pro eadem
ab hoste servatâ.

Aternat hoc marmor
Fidem illibatam, fortitudinem illasam
D. Fredi Benitij à Santena Pedemontani
Qui sub Victore Principe
Miles invictus
Acrocorinthum Sabaudia
Dignus Rege oppugnatore Propugnator
defendit.
Ferro, Igne, Pesse,
Ac demum auro tentatus,
Victorem exercitum excepit infractus,
Relêcit illasus,
Nec tempore, nec impetu fractus, edocuit
Principem suum
Momiliano quid firmitus habuisse,
Serenus, qui arcem una cum fide
defenderit:
Felix, qui fidem, una cum arce
servavit.
Anno Domini M. DC. XXX.

Aloysius Juglaria

AREO

CASPAR à FYRSTENBERG.

ex Waterlapp, &c.

*Juris Licentiatus. Imperij. liber. Nobilis Rhe-
nani tractus.*

Hanc. arcem. ruinofam. & collapsam

**THN. ΣΚΙΑΤΡΟ-
ΦΙΑΝ.** & posteris suis. in. sui. me-
moriam. comparavit. consecrav. & donavit.

PERGITE.

Arx & Jurisdictio Burana.

MEMORIÆ SACRUM.

Ferdinandus. Dei & Apostolicæ Sedis. gra-
tia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. J. Prin-
ceps. & Comes. Pyrmontanus. compositæ
difficili. ac. diuturna. controversia. & Colle-
gij. Soc. Jesu. hic. designati. fundatione Apo-
stolica. auctoritate. Vaburgum. translata. di-
vinæ. gloriæ. incremento. animarum. salutis. &
Reipub. tranquillitati. consuluit. feudum. Bu-
ranum. Ecclesiæ. suæ. vendicavit. prola-
tos. jurisdictionis. fines. constituit. ar-
cem. hanc. sibi. suisque. successo-
ribus acquisivit. Anno

M. DCXXII.

In.

Inscriptio posita in arce
Momiliani, invictissimo Heroi Fa-
sredo Benitio à Santena, pro eadem
ab hoste servatâ.

Æternat hec marmor
Fidem ilibatam, fortitudinem illasam
D. Fasredi Benitiij à Santena Pedemontani
Qui sub Victore Principe
Miles invictus
Acrocorinthum Sabaudia
Dignus Rege oppugnatore Propugnator
defendit.
Ferro, Igne, Pesse,
Ac demum auro tentatus,
Victorem exercitum excepit infractus,
Reiecit illasus,
Nec tempore, nec impetu fractus, edocuit
Principem suum
Momilino quid firmitus habuisse,
Serenus, qui arcem unâ cum fide
defenderit:
Felix, qui fidem, unâ cum arce
servavit.
Anno Domini M. DC. XXX.

Aloysius Juglaria

AREO

CASPAR à FYRSTENBERG.

ex Waterlapp, &c.

*Juris Licentiatus. Imperij. liber. Nobilis Rhe-
nani tractus.*

Hanc. arcem. ruinofam. & collapsam

**ΤΗΝ. ΣΚΙΑΤΡΟ-
ΦΙΑΝ.** & posteris suis. in. sui. me-
moriam. comparavit. consecrav. & donavit.

PERGITE.

Arx & Jurisdictio Burana.

MEMORIÆ SACRUM.

Ferdinandus. Dei & Apostolicæ Sedis. græ-
tia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. J. Prin-
ceps. & Comes. Pyrmontanus. compositæ
difficili. ac. diuturna. controversia. & Colle-
gij. Soc. Jesu. hic. designati. fundatione Apo-
stolica. auctoritate. Vaburgum. translata. di-
vinæ. gloriæ. incremento. animarum. salutis. &
Reipub. tranquillitati. consuluit. feudum. Bu-
ranum. Ecclesiæ. suæ. vendicavit. prolata-
tos. jurisdictionis. fines. constituit. ar-
cem. hanc. sibi. suisque. successo-
ribus acquisivit. Anno

M. DCXXII.

Inscriptio posita in arce

Momiliani, invictissimo Heroi Fa-
frede Benitio à Santena, pro eadem
ab hoste servatâ.

Eternat hoc marmor

Fidem illibatam, fortitudinem illasam

D. Fredi Benitij à Santena Pedemontani

Qui sub Victore Principe

Miles invictus

Acrocorinthum Sabaudia

Dignus Rege oppugnatore Propugnator
defendit.

Ferro, Igne, Pesse,

Ac demum auro tentatus,

Victorem exercitum excepit infractus,

Retecit illasus,

Nec tempore, nec impetu fractus, edocuit

Principem suum

Momilino quid firmitus habuisset,

Strenuus, qui arcem unâ cum fide
defenderit:

Felix, qui fidem, unâ cum arce
servavit.

Anno Domini M. DC. XXX.

Aloysius Juglari.

AREO.



AREOLA XVII.
INSCRIPTIONES
PALATIORUM, AULA-
RUM, ALIORUMQUE
ILLUSTRIUM ÆDIFI-
CIORUM.

*In Palatio Marchionis Fabri-
tij Coloredi.*

Quas subis hospes ædes,
Substructionum mole artificum ingenio om-
nique cultu

Cum veterum magnificentiâ certatur
Nullum majus ornamentum Domino suo ha-
bent

Fabritio Coloredo,
Quem in Etrusca aula consenuisse mirû effect,
Nisi in eadem summo fastigio proximus
Plures honores ac titulos
Quàm annos numeraret,

Fla.

Flagrantissimâ apud res Principes gratiâ
 Incertum belli an pacis artibus clarior,
 In Hipponensi prælio victricis classis Lega-
 tus,

Equitum S. Stephani & Cataphractorum
 ductor

Cubiculi Præfectus, S. Sophiæ Demar-
 chus,

Adolescentiæ Principis Moderator,
 Rector Senensis Urbis, summus Aulae Præfe-
 ctus,

Raro Exemplo

Sex & triginta legationibus

Apud omnes Europæ Principes perfunctus,

NN. Coloredi fratris filij

Hunchonorum Indicem familiæ fastis
 sacrârunt.

Octavius Ferrarius.

*In fronte Magnificarum ædium ad
 Lacum Larium.*

Ptolomæus Gallius S. R. E. Cardinalis Co-
 menis

Triam Plebium

Grabedonæ, Surici, Dongi Comes, & Domi-
 nus,

Aëris temperiem,

Loci amœnitatem sequutus, Oppidum No-
 bile Grabedonam, amplissimis Æ-

N

dibus

dis, Hortis, Fontibus exornavit,
Et nobilius reddidit.

*Collegij Nobilium Venetorum Ephe-
borum.*

Ut regnatura suboles
Dignum fortunâ, dignum majoribus
Animorum cultum caperet,
Senatus Venetus
Pietati ac Musis
Hic domicilium P.
Ibidem.

Ut Veneta Nobilitas
Et futura Respublica
Literarum contubernio
Ad magnæ fortunæ cultum informaretur,
Et capaces liberæ dominationis spiritus
Hauriret,
Senatus Venetus
In his sedibus
Numerosam spem
Et ipsa libertatis vota
Pudori ac Musis
Commendavit.

Octavius Ferrarius.

Patavij.

Conclave hoc Regium gentis Capellæ ma-
gnificentiâ extractum Patavini Gymnasij
annuis

Annis magistratibus legendis Comitum Justitiae sacrum cum Deo ipsius simulachro Juris Sacerdotes angustius reddere decrevis-
sent NICOLAI CAPELLI Praefecti incomparabilis vultibus expresserunt. Anno M.DC.LIV.

Ut olim Romana Curia solam Censorij Ca-
tonis effigiem recepit Philosophantium in hac
Urbe coetus unam NICOLAI CAPELLI i-
maginem placida oris maiestate serenam fa-
cravit, hocque illi Comitum instar atriij esse
voluit Par utrique virtus nisi quod hic nixit
& à nullo unquam accusatus est. A. M. DC. LIV

*Inscriptio Vicentina ante aedes Comitum
Vualmaranae.*

Maria. Austria. Augusta
Caroli. V. Maximil. II. Rodolphi. II.

Imppp.

Filia. Uxor. Mater

A. Philippo. Fratre. Hispan.

Rege. Potentiss.

Ad. regendum. Lusitanorum. Quondam. Ro-
gum

Imperium. nuper. partum

E. Germania. adscita

Per. Italiam. iter. faciens. in. his. aedibus
Quod. ipsa. ob. veterem. Austriacorum. Prin-
cipum

N a

Erga

Erga. hanc. domum. Clientelam. Maxime
voluit.

Cum. Margarita. Maximilianoque. Filiis. Ar-
chi-Ducibus

à. Leonardo. Walmarano. Comite
Eiusdem. Philippi Regis. Pensionario
Splendidissimo. apparatu. accepta. fuit
Anno. M.DLXXX.I. xv. Kal. Octob.

*Piscia in oppido Hetruria, in facie do-
mus Thurinae, bina inscriptionem.*

PAulus III. Pont. Max. Luca. se. à. Caroli. V.
Imp. Colloquio. recipiens. apud. Thuri-
nos. diversatus est. XII. Kal. Oct. M. DXLI;
Balthasar Thurinus. ad decus. ornamentumq;
Familiae. rei. memoriam. hoc. monumento.
consecravit.

Alterà verò.

Imp. Cæs. Carolus. V. Aug. Africa. recepta.
iter. hac. in Galliam. habens. his. ædibus. ho-
spitio. acceptus. est. cuius. amplissimæ memo-
riæ. ad. sempiternam. Gloriam. Familiae Bal-
thasar. Thurinus. Monumentum. hoc. extare.
voluit. MDXXXVI. Prid. Non. Maij.

Domui Saliorum Palatinorum.

Mansiones. Saliorum. Palatinorum. à.
Veteribus. Ob. Armorum. Annalium.
Custodiam. Constitutas. Longa Ætate. negle-
gectas. Pecun. sua. reparaverunt. Pontifices.
Vestæ

PALATIORUM, AULARUM, &c. 195
Vestæ V.V. C.C. Pro. Magisterio. Portij. Acilij.
Lucilij. Vitrasij. Prætestati. V.V. C.C.

Antuerpia.

Hæc. Mercatorum. Basilica.
Cum. Februarij. die. XXIV. an. MDLXXXIII.
Fortuito. conflagrasset. incendio
Eodem. anno à. S. P. Q. A. restaurata. fuit
Philippo. Schoenhovio. & Petro. Aloftano.
Cos.

Ambstelodami in Bursa
Negotiatorum.

S. P. Q. *Ambst.*

In publicum Negotiantium cujuscun-
que Nationis ac Linguae usum urbisque
adeo suæ ornamentum Anno
cl. VIII.

à solo extrui curavit.

QUidquid habet Ganges, & dives America
quidquid

Quas & opes mittunt Arabes Indi, Africa
feres

Per maria & terras ad publica commoda gna-
vus

Destinat huc mercator: Iber, Scythia, Gallus
& Anglus,

Cuncti adsunt, totumque tenet parva area
mundum.

N 3. Pro

Pro foribus Palatii cuiusdam.

Hospitium hic, alibi Patria.

Ædibus privatis.

DOMINIS. DOMUS. IIS.
 QUORVM OPERAM. SIBI
 CONDUCII. PRÆTER. MER-
 CEDEM. NEQVE. BENEFICIUM
 NEQVE GRATIAM. NEQVE. PECV-
 NIAM. LARGITVR. HOC
 ILLIS. ESSE. PRÆDICTVM
 VULT. NE. POSTEA. SE
 FVISSE. DECEPTOS.
 QVERANTVR.

Jan. Nicius Erythneus Eudemie
 lib. 3.



AREOLA XVIII.
 INSCRIPTIONES
 CURIARVM.

In Curia Venetarum.

O Fortunata, ô Prætoria sacra JEHOVÆ,
 Fas ubi dulce suum temperat Imperiũ.
 Nullas

**Nullæ ubi falsiloquæ fraudes, nulla invita
teli,**

Tela venenosæ tincta cruore feræ.

Ingenuæ hic voces, & amica silentia gratas

Tradunt æternas suscipiuntque vices.

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat,

Aut ubi paupertas vincere nulla potest?

**Væ queis Judicium nihil est nisi publica mer-
ces,**

Curiaque impuræ sola libido animæ!

Joan Jacobus Grasserus.

Curia Regiæ Neapoli.

Carolo. V. Cæs. Augusto, Invietsis. Imperante

*Petrus Teledus Marchio Villa Francha, hu-
jus Regni*

*Prorex. Juris vindex sanctissimus post fuga-
tos Turcas*

*Arcem in Curiam redactam Justitia DE-
DICAVIT*

*Conciliâque omnia hoc in loco cum magno to-
tius Regni*

*Commodo constituit An. à partu Virginæ
MDXL.*

Augustæ Vindellicorum in Curia.

Publico Consilio,

Publicæ Saluti. A. M. DCXX.

N 4

Curia

Curia ni vigili populum mod. ramine ducat,
Publica res stabilem nescit habere pe-
dem.

Ibidem.

Ferdinando II. Imperatore Augusto,
Prætorium hoc. perfectum est.
Duumviris Præfectis,
Joanne Jacobo Remboldo, Hieronymo in
Hoff.

Quinque Viris,
Hieronymo Waltero, Conrado Bent-
tingero,
Bernardo Rechlingero,
Joanne Fuggero Seniore, Davide Wel-
sero,

Ædilibus,
Constantino in Hoff, Joanne Bartholomæo
Welsfero,
Wolffgango Pallero.

Mediolani supra fores Palatij
Justitiæ, ubi fontium carceres.

Philippo. III. Hispan. Reg. Potentiss. fieri.
Catholicæ defensore, Imperante. D. Pe-
trus. Enriquez. Azeuedius. Fontium. Comes.
Externi. Belli. Victor & Domestici, Extinctor.
Invictus. Dexteræ. Amabilis. sinistræ. Formi-
dabilis. Bene. Agentibus. Distributis. præmiis.

Im-

Improbis. vero, Suppliciis carcerum. fores.
Regiæ. Curia. obiecit. ut. Principis Advigilan-
tis. oculis. fidissima. sit. justitiæ Custodia.
M. D. C. V.

*Romæ in ædibus Inquisi-
tionis.*

Exercendis adversus Hæresim , &
Cæteram Impietatem
Quæstionibus,
Alexander VII. Pont. Max.

PISCARIÆ IN PRÆTORIO.

ALOTSIUS MARCELLVS. ALE-
XANDER.

VICO MERCATVS.

PROVISOR.

PRÆTOR.

VNANIMES

SVVM. QVISQVE. CURABANT, MVNVS.

M. D. C. X. IV.

Spoleti in Prætorio.

Vitaliano. Vicecomiti. Borromæo
Patricio. Mediolanensi. Utriusque. Signat.
Refer.

Ob. Egregia. Meritorum. Insignia.
Quibus. Augusta. familiæ. Gloriam. Æmu-
latus

N 5

14

In. Spolerina. Ditionis. felici. administra-
tione

Maximo. Reip. Beneficio

Optimi. Regiminis

Perennem. famam. Brevi. Experimento

Reliquit

S. P. Q. R.

In. civium. numerum. faustis. omnium,
votis

Cooptato

Poni. iussit. probavitque

An. M D C L I V.

Bernardinus Campellus.



AREOLA XIX. INSCRIPTIONES ARMAMENTARIO.

R. V M.

*In Veneto armamentario dedicatis
à Rege Galliae armis.*

Hilce. in. armis.
Stetit. acerrimus.

Henricus IV. Gallorum. Rex

Quum

Here-

Hereditarium. Galliae. Regnum

Per. hostes. per tela

Adeptus. est. felicissimè

Jam. satis. hospes. novisti

Qui. cultus. quæ. Religio


Huic. debeatur. Trophæo

Ex. Liberalitate. Regia.

Hic. posito,

S. C.

M. D. C. III.



AREOLA XX.
INSCRIPTIONES
PROPUGNACULORUM,
MVNIMENTORVM,&c.

Salisburgi in arce.

PROVGNACVLO HOC,
 FVNDITVS ERECTO, MAGNÆ
 TOTIVS PARTIRVENTI, SVB-
 VENIT,

DEFENSIONEMQVE AVXIT,
 MAXIM. GANDOL. ARCHIEPI-
 SCOPVS

E COMIT. DE KHVENBURG.
 ANNO M. DC. LXXXI.

Car.

In vestibulo arcis ad fauces
 Volturrenæ vallis in finibus
 agri Mediolanensis:

SVB. PHILIPPO. III. HISPANIARVM.
 REGE.

D. PETRVS. HENRIQUEZ. AZEVEDIVS.
 COMES

DE. FVENTES. HVIVS. STATVS. GVBER-
 NATOR

PROPVGNACVLVM. HOC. à. FVNDAM-
 ENTIS.

EREXIT. An. MDCVI.

*Felicissimæ Genuensium Reipu-
 blicæ pro Nova Mari opposita
 Mole Eucharisticon.*

NÆ tu superba planè, Genua es,
 Quæ famulare jugum
 Domitis etiam elementis imponis,
 Flagellato toties Nereo, nec correcto,
 Iniecisti tu easdem compedes,
 Quas illi frustrà olim
 Minatus est Xerxes.

Nimirùm decuit
 Maris Dominam fieri,
 Quæ se Mariæ Servam fecisset,
 Undequaque inaccessa

Cui

Cui inimico jam pateas,
 Si nè infesto quidem
 Jam pervia vento es?
 Europam universam
 Depascentibus bellis,
 Accrevit in te Pacis amor.
 Seditiones puniebas olim in Civibus,
 Nunc videre, ne quidem suffers
 In fluctibus.
 Clausa tumidis Janua es;
 Jam non nisi pacatis pates,
 Procer Elementum
 Ad molestiam erudis.
 Illi libertatem imminuis, ut augeas tibi,
 Pudorem non putat
 Oppositis lapidibus cedere,
 Ubi toties cedebat ante Cineribus,
 Ligusticæ sagacitatis miraculo
 A noxis curatum spiritibus
 Energumetum jam mare non est.
 Tantæ Magnificentiæ Molis
 Stuporem non advenis solum hominibus
 Sed & undis injecit.
 Oblitæ innatam vesaniam,
 Mutæ propemodum,
 Immotæque jam torpent
 Quid tamen stupidis mireris in fluctibus
 Inimici reverentiam operis:
 Inest in illis aliqua cum Auctore cognatio,
 Quia

Quia ipse etiam à MARI est,
Novas Insulas

Ligur Columbus invenerit,
Tu Ansalde, felicior, qui fecisti.

Fortunæ esse potuit
Quæ jam erant, detegere ;
Solius Virtutis est,

Quæ omninò non erant, creare,
PALLAVICINOS.

Statim ac Regio vidit in Solio
Hanc Regno suo pernicem
Neptunus exhorruit.

Notavit eorum in stemmate
Ceruleum non uno dente morderi,
Et se in imagine sua.

Quibusdam quasi rastris inclusum
Jam captivum teneri.

Quid quòd sub Augusto altero
Palladi non tam Vicino, quàm Intimo,
Æmulam Romæ Urbem

Nihil posse concipere credidit
Non Augustum?

Est sterile quis adhuc dixerit solum,
In quo ingenia tam fœcunda
nascuntur?

Elegantia Ligurum
Nihil incompositum tolerat,
Ne Mare quidem.
Æqualitatis amici

Eam

Eam vel in undis finitimis
 Perennem voluit,
 Cave quidquam Moli opponas,
 Viator,
 Cui vim non habuit,
 Quam opponeret Mare.

Aloysius Juglaris.



AREOLA XXI.
 INSCRIPTIONES
 PORTUUM.

In Portum ad Sinum Flac-
ciacum.

FLacciades Nymphæ, quarum lagissimus
 urnis

Effluit in Salsas Mosa Batavus aquas,
 Hic ubi velivolis statio jam fida carnis,
 Claustra freti Vornæ continuere duæ:
 Huc properate choros; hanc conchis comite
 molem:

Invidiam vestris detrahit illa locis.

Alterum.

Quod fuit Hippotades ripis angustius istis,
 Et Pelagi ridet murmura tuta ratis,

M u-

Munus id est Procerum, ni libera terra Tyranno

Plusquam naufragiis altera regna forent.
Extremis jam nauta redit securior Indis;
Et faciles primo littore sentit heros.

Hugo Grotius.

Fluminis pilis & structuris.

Securitati, perpetuæ

Rhodigini, Cheronesi

Hasce Pilas, hasce structuras

Superbus, Quas, Athesis

Olim, irrisit, ligneas, nunc, indignatur

Lapideas

Ab, Accolis

Aere, municipatim, conlato

Locari, extruque

fecerunt

Thomas, Maurocenus, Jo. Dandolus.

Hieron, Priulus

Triumviri, Moli, Faciundæ

Ex, Veneti, S. C.

Curantibus, Andrea, Stipicino Rhodigio,

Jac, Cathan, Lenden,

Ludovico, Recamato, Jurisc, Abbatia

Trium, Peninsula, Municipiorum

Astoribus

M D C V I.



AREOLA XXII.
INSCRIPTIONES
AQUÆDUCTUUM.

LAURETI.

Paulo V. Pont. Max.

Quod. Optimi. Principis. Providentia.
Aqua. Ex. agro. Recinetensi. purissimis.
ex. fontibus. opere. subterraneo. Et. arcuato.
in Urbem. Lauretanam. ducta. est. Scipio.
S. R. E. Card. Burghesius. Domus. Lau et-
nae. Protector Monumentum. P. Anno
MDCXX. Pontif. XVI.



AREOLA XXIII.
INSCRIPTIONES
THERMARUM.

Antiqua inscriptio, Romæ.

IN. HVIVS. BALINEI. LAVATION.
H. S. CCCC,

NO.

NOMIN. C. AVLASI. T. F. SENECAE
 F. SVI. T. AVIASIVS. SERVANDVS
 PATER. TESTAMENT. LEGAVIT.
 VT. EX. REDITV. EIVS. SVMMÆ.
 IN. PERPETVVM. VIRI. ET. IM-
 PYBERES. VTRIVSQUE. SEXVS.
 GRATIS. LAVENTVR.

Ibidem.

CONSTANTIVS. ET. MAXIMIANVS
 INVICTI. AVGG.

SEVERVS. ET. MAXIMIANVS
 CÆSS.

THERMAS. ORNAVER. ET
 ROMANIS. SVIS. DEDICAVER.

De Thermis Puteolanis Al-
 cadius.

I Nec opes operum Deus est laudandus in illis
 In quibus humana deficit artis opus.
 Res satis est dicta mirabilis, horrida visu,
 A Phlegetontao provenit amne salus.
 Nam qua defunctos aqua fervens urit in imis
 Hæc eadem nobis missa ministrat opem,
 Cetera cum fictis carentur regna Syrupis,
 Balnea que curant Terra laboris habet.
 Vos igitur quibus est nullius gutta metalli,
 Quarite, qua gratis auxilientur, aqua.

De Balneis Juncariæ Idem.

BAlnea Juncaria quæ sunt in littore Ponti
 Prosunt consumptis ni sit adusta cutis.
 Peccatis amissas reparant in corpore vires,
 Latificant animos, gaudia sumpta fovent.
 Quæ veniunt per se mentis suspiria tollunt,
 Et faciunt alacres in muliere viros.
 Efficiunt veneris renes ad prælia fortes,
 Confortant stomachum, lumina læsa vi-
 vivant.
 Quas hominum cæcus febris interpolat usus
 Annihilant, nec non triste medentur be-
 par
 Talibus usus aquis discrimina nulla timebit,
 Quæ quandocumque solent extenuare cutim,

De Balneolo seu Balneo Pla- gæ Eustasius de Matera.

INeer aquæ Pelagi prope littus sub pede rupis
 Magnus in effectum fons breve nomen habet.
 Balneolum dictum tanta virtutis amicum
 Ut patiens illic sentiat esse DEUM.
 Nam morbo quocumque dolet, senthentate quovis
 Lotus aquâ tali tempore liber abit.
 Et caput & stomachum, renes, & cætera membra
 Confortat, tepidam si renovabis aquam.

Hoc

*Hac prodest oculis, oculorum nube fugata,
 Consumptos reficit, quos tenet agra famies.
 Materiâq; rursus consumit, & amphimerinens
 Hoc gens plus alis Parthenopenfis amat.*

De Balneo Petræ idem.

C*Vi Petra dat nomen, mirum reor esse lava-*
crum

*Quod lapidem possit frangere nomen habet.
 Et caput à multis facit absentare querelis,
 Auribus auditum prestat, & addit opem.
 Lumbina d' tergit, tunicis maculosa piatis,
 Pectoris, & cordis esse medela potest.
 Vesicas aperit, de renibus urget arenam,
 Interiora lavat potus & huius aquæ.
 Quam plures vidi calidam potare petrosos,
 Queis urina fuit post lapidosa satis.
 Vos igitur, quibus est durus cum pendere venter,
 Liberat assidue potio talis aqua.*

De Balneo, subveni homini, Idem.

E*X re nomen habet lavacrum quod subvenit*
agris,

*Nominis effectum gaudet habere sui,
 Purgat Pulmonem, deponit pondera plenis
 Depurat tumidum certa medela jecur,*

*Tristitia causam gelido de pectore tollit,
 Humores ventris leniter unda levat.
 Defectum stomachi tollit, confortat & ipsum
 Et solito solito appetat ore dapēs.
 Vocem clarificat, genus omne doloris & aufert,
 Talis Amatores convocat unda suos.
 Hic etiam deponit onus longaeva podagra,
 His datur ariculis induciata quies.*

De Balneo Ortodonico Alcadinns.

Hæc manet abscondito telluris lymphæ meatu
 Idano via sub terris plena timoris habet.
 Tu cave ne subeas thermas spirantibus austris
 Ne calor inclusus sit tibi causa necis.
 Hac aqua mira nimis consumptis est bona valde,
 Restaurat corpus nobilis usus aquæ.
 Infirmos sicubi febris renuaverit artus,
 Et putat extremam tristis adesse diem.
 Hæc fidens intrabit aquas, & sæpe frequentans
 Sentiet in robur se rediisse vetus.
 Rheumatis, ephemericæ febres; & nausea turpis
 Pellitur his æqueis, hellica vitta fugit.

De Balneo S. Athanasie Eustasius.

Balnea præterea, seu Nastesia lavacrum
 Usibus humanis commoda malsa facit.
 Cor-

Corporis igniti recreatos efficit artus,
 Virtutes e iam corporis unda novat.
 Res miranda quidem, quicumq; ca. abít arenam,
 In medio fossa fervida manat aqua.
 Illa recens in fonte suo symptomata tollit,
 Languidus ardorem si patiatur aqua.
 Qui peti. ergo suo bene de languore levári,
 Sentiet auxilium si renovabit aquam.

De Balneo Cantarello Eustasius.

INter aquas pelagi fervens aqua manat & ipsa
 Ne fluat in pontum futile claudit opus.
 Cum mare fervescit, locus oppugnatur ab undis,
 Vix aliquis poterit ager adire locum.
 Cantarus humana fruitur virtute medendi.
 Nam plagas veteres consolidatq; novas.
 Ulcera qui patitur cutis ex humoribus extra,
 Cantarus abstergit, lumina clara facit.
 Sanguinis obstruit venam quocunque fluentem,
 Subvenit articulis, fit medicina pedum.
 Utilis ad febres & frigora. Sed tamen huius
 Usus aqua lateri continuatus obest.

De Fontana.

Fert somnum, ventrem reddit fluxumque so-
 pore
 Conciliat pueris, lac citò multiplicat.

*Saxea mollificat, renes expurgat arena,
 Cuncta lavacra super nausea fit procul hinc.
 Vesicam referat, lapidem frangitque potenter,
 Affectis podagrâ vulneribusque nocet.*

De Balneo Prati Eustasius.

E Si lavacrum à vulgo Prati cognomine dictum,

*Creditur à multis hoc Ciceronis opus.
 Est via diffiilis qua ducit ad inferiora,
 In quibus inveniet, quam petit eger aquam.
 Hæc bene visceribus fertur conferre molestis,
 Allèvat hæc corpus, quod gravat humor iners.
 Dicunt & duros mirè mollire lacertos,
 Et caput & scapulas ad sua iura trahit.
 Detergit lippos oculos, ac ulcera magnam
 In toto pariter corpore præstat opem.
 In sudore madens fugiat pro tempore frigus
 Nec potum sumat, dum sua membra calent.*

De Balneo Tripergulæ seu veteri Eustasius.

I Si locus Australis, quo portam Christus a verni

*Fregit, & eduxit mortuus inde suos.
 Hæc domus est triplex, hinc jure Tripergula dicta
 Una capit vestes altera servat aquam,*

Utilis

*Utilis unda satis multum sudantibus, aufert
 Defectum mentis cum gravitate pedum.
 Hac stomachi varias facit absentare querelas,
 Flebile de toto corpore tollit onus.
 Debilis, atq; piger quibus est non multa facultas
 Consulimus tali ut sepe fruatur aqua.
 Huius amator aqua symptomata nulla timebit,
 Incolumi semper corpore latus erit.*

De Calatura Eustasius.

Pulmoni solitam dat Calatura quietem,
*Inde fugat thussim, quam grave theuma
 parat.*

*Hac stomacho vires reparat, vim prabet edendi,
 Sapius absumptas decoquit illa dapes.*

*Deterget faciem, mentem corroborat, & cor
 Laxificat, turpes radit ab ore notas.*

*Formidat quicunq; phthisim cum tussē paratam,
 Ut timor abscedat, sapius intret aquam.*

*Inveterata suis sicut radicibus arbor
 Nequaquam poterit absque labore capi,
 Non aliter veteris serpentia semina morbi
 Possunt evelli, qualibet arte simul.*

De Balneo arcus idem.

Dulce satis lavacrum, quod nomen sumpsit
ab arcu,

*Virtutem magna commoditatis habet.
 Hac aqua consumptos restaurat corporis artus*

*Corpus fortificans arida membra rigat.
 Si quis in extremis patitur festinet ad undam
 Omnia ne dubitet, interiora juvat.
 No: tamen hic prodest, tumidi quos sarcina ven-*
tris

*Aggravat, atque dolet splene tumente jecur,
 Remliq: et expertam proprio quam lumine vidi
 Teste mihi populo qua scio verba loquor.
 Vidi consumpto tantum cum pelle relicto,
 Tempore non longo restituisse cutim.*

De Balneo Rainerij idem.

BAlnea Raineri qua corpora putrida radunt
 Et quorum falsi phlegmatis hostis aqua est
 Si sanie aut scabie pressus, celer illa subintret
 A scabie quavis exteriore lavant.
 Infectam mundare cutim quicumque laboras,
 Utere Rainerio, nam cito sanus eris.
 Non tamen incurras iterum discrimina morbi,
 Terribiles Trituli sanus adibis aquas.
 Vidi quamplures hoc fastidire lavacrum,
 Fecerat hoc hominum pingue putredo putens:
 Raineri servivit aquis aqua turgida stagnis
 Felix qui pingues evacuabit aquas.

De Balneo Scrophæ Al- cadinus.

HAs dictas aiunt Scrophæ de nomine ther-
 mas

Scro-

*Scrophula quod fatens tollitur hic subito.
Vel quia tum primum vis est depressa lav acris.
Cum scrophulis sese languida lavit aquis.
Pellitur & morbus, qui sumpsit ab impete nomen.
Si fuit à falso phlegmate causa mali.
Ha therma scabiem infestam, lepramque fugat.
Prosunt articulis, proficiunt podagra.
Ventriculis & prosunt plenis intercute lymphæ,
Cum tumet Ascites, & graue sentit onus.
Harum ope qui sanus fuerit, cavet omne ligumen.
Providus hic idem salgama cuncta fugit.*

De Balneo S. Luciae Al-
cadinus:

HÆc Lymphâ veniente replentur balnea
semper,

*Semper & illimi limpida fontes nitent.
Parthenope tamen his raro nititur, hac quia tristis
Advena languentum turba replere solet.
Hac vinciturarum pellit, capitisque d'ctores,
Hac etiam praesens est medicina oculis
Seu calaracta nocens, modo non vetus, occulit
illos,*

*Sen nebula exurgens lumina fida premit.
Vidi egomet majora fide, qui venerat orbus,
Discussis tenebris retulit inde pedem :
Tinnibant aures, remeavit sanus utrâque,
Cepit & auditum qui modò surdus erat.*

De

De Balneo Arculi, seu Mariae idem.

Qui breve nomen habet, magne virtutis habetur

Arculus, à flammis, quod calet, arcet hepar, Rheumatis; & stomachi; vitium de corpore tollit Libera est multa frigiditate caput.

Hic agris oculis medicamina fida ministrat Arculea cedit triste papaver aqua.

Et si forte fugit vigilantia lumina somnus Arculus adveſto membra ſopore fovet.

Balnea, quod Trituli, quod Cumma lymphaminiſtrat

Arculus in multis hoc operatur idem:

Quamvis inter aquas Trituli ſit gratior unda Conſulo ne dubites hoc brevior ſe frui.

De Balneo S. Crucis.

Juſturas ſanat, nervos, curatque Podagram, Pituitatem in nervis imbibitamque fugat.

Arcet ventriculi affectus hypochondria ſervat,

Hydropi ex craſſo phlegmate preſtat opem.

Inflatumque jecur ſolvit, pedibus quia confert

Et Lateri & manibus à cruce nomen habet.

De Balneo ferri Eulaſius.

Aſe domum vatis locus eſt prope litus Avernus

*Grande ruinosum praeeminet artis opus.
 Hoc lavacrum spumam mittit ferruginis instar
 Dicitur umbrosis (sed procul umbra) domus
 Si quis hemicranium patitur quandoque dolorem
 Sive supercilij, hanc sepius intret aquam.
 Cum vitio capitis nubem caliginis aufert,
 Tollitur ex oculis sanguis, ab aure sonus.
 Si quis aqua talis vires cognosceret ager,
 Collyrio nunquam laesus haberet opus.*

De Balneo Palumbario Eustasius.

Crysta palumbaris fertur, quia grata pa-
 lumbis,
 Vel quoniam lumbis fertur obesse parum.
 Vnde Palumbaris laesos cum vertice renes
 Sanat, & urina sumpta recludit iter.
 Ex oculis nebulas, ex auribus excutit euros
 Tollit Cardiacen, arthriticosque fugat.
 Et majora facit si scis servare Dietam
 A salsis caveas, frigida quaeque fuge.
 Argenti vitabis aqua tu sumere potum
 Vtere lymphato quod parit uva mero.
 Crede mihi, quod aqua haec faciet, quodcunque
 Sympus.
 (Si bene servetur sola Dieta) facit.

De

De Balneo Salvianæ Eustasius.

Salvia Diva parens invenit fortè lavacrum,
 De proprio nomen nomine credo trahens.
 Hac aqua matrices quovis humore gravatas
 Purgat, & has steriles fructificare facit
 Menstrua si fors an fugiant, invita redibunt,
 Et facit hoc lavacrum, ne sine fine fluant.
 Quos patitur matrix casus, hac temperat, agra
 Vnde queri posset fœmina, causa perit.
 Vos igitur steriles moveat si gratia prolis
 Ni vetet annosi temporis agra quies:
 Tam vir quam mulier te salvia grata frequen-
 tent,
 Officio exhibit aptus uterque suo.

De Balneo Olei Petrolij Alcadinus.

Culina procul hanc locus est, qui fundit oli-
 vum
 Hoc lavacrum multum commoditatis habet.
 Hoc vitium lepra, genus hoc serpiginis omne
 Tollit, & è stomacho phlegmata salsa fugat,
 Extingit bilem, grossos subtrahit artus,
 Exhilarat tristes, cor bene reddit ovans,
 Noxia de gelidis depellit frigora membris.
 Omnia latentur membra vigore suo,
 Cuius.

*Cuiuscunque genas nigra si Morpheæ notabit.
 Hæc aqua rugosas delet ab ore notas
 Virtutem lavacri demonstrat omen olivi
 Hoc oleum præstat quod petra sudat aquis.*

De Balneo Culinæ Alcadinus.

INter aquas alias mirabile Culma lavacrum
 Cuius ad accessum non via recta patet.
 Imò per obliquum montis accedis ad undas,
 Monstrat iter dubium prævia flammæ tibi,
 Unda latens intus sudorem provocat intus,
 Et facit ad nervos, quos grave rheuma gra-
 vat

Luminibus lumen reddit. vestigia claudis,
 Passioni fuerit inveterata diu.
 Rem loquimur certam, non est incognita multis,
 Culma nocet sanis morbida membra juvat
 Hanc igitur caveat qui non eget arte medendi
 Quam qui forte petit vitet in æne moram.

De Balneo Solis & Lunæ Alcadinus.

UT sol illustrat radiis fulgentibus orbem
 Et vegetat splendens Numine cuncta sua,
 Utque inter stellas resplendet sola minores.
 Et tenebras noctis candida Luna fugat.

Balne

*Balnea sic luna, & solis discrimina morbi,
 Tollunt, & vitæ lumina restitunt.
 Vincere quam solers nescit medicina podagram,
 Hanc calida nōrunt vincere solis aqua.
 Norunt occultum membris educere ferrum,
 Menstruæque & venas sistere prima quædam
 Vulnera consolidant, his turpis fistula cedit,
 Quam vix ulla artis vincere cura potest.*

De Balneo Gibborosi Al- cadinus.

E*t aqua mirandi nimium nova dicta la-
 vacri,
 Gibbosum proprio nomine habet.
 Penè per octo gradus patiens descendit ad undam
 Circuit inter aquas per latus omne gradus.
 Illa componit, prohibetque dolore matricem,
 Sanguineos fluxus in muliere vetat.
 A superis exire cruor prohibetur, & idem
 Ne fluat in solitis inferiora fugat.
 Vesicam curat quoties urina negatur,
 Nulla patet melior renibus esse salus.
 Si lapides, qui sive pilos patiantur, arenas;
 Quolibet à morbo membra gravata juvas.
 Dicitur & duros mirè mollire lacertos,
 Et caput & scapulas ad sua jura trahit.
 Disijcit & lapides, si quos vesica, recepit;
 Depositoque ager pondere latus abis,
 Renibus illapilas, illa & deducit arenas,
 Absque iter urina rectè aperire solet.*

De

De Balneo Fontis Episcopi Eu- stasius.

Nomine fons tali fruitur, quod episcopat
agris,
Vel quia Prælati tale refecit opus.
Arthriticis prodest, tollit genus omne podagra,
Hoc habet expertum Pontificale decus.
Et quia Prælati requies nocet, atque paratus,
Torquentur magno sæpe dolore pedum.
Cum constipatus cibus intercluditur intus,
Inde dolent ventres, ilia tensa crepant.
Si tales ergo tibi vis lenire dolores,
Pontificis fontem vade require celer.

De Balneo Fati.

Confortat stomachum, vivacem reddit orexin,
Dat Podagra auxilium, nausea sit procul hinc.
Extrahit absconsus, atque latens in corpore fer-
rum,
Exbilarat nimis hic omnia membra latex.

De Balneo Bracculæ, Alcadi- nus.

Braccula Bacinas inter celeberrima Nym-
phas
Æthiopicis medicis viribus ornat aquas.
Faucibus Antidotum bene confert Braccula
crassis,
Et vix si fuerit rancia, sit apta sono.

Si patitur capitis puppis vel prora dolorem,
 Si dolet oppressum splene tumente jecur;
 Si quæ caligo diem noctis germana minuat,
 Omnibus his vitiis Braccula præstat opem.
 Quartanam perimit, nec non necat Amphime-
 rinem,

Hic intermissæ febris origo perit.
 Vos igitur quibus est odiosa planetica febris,
 Huius, si sapitis, quarite fontis aquam.
 Non opus est intrare semel, nam balnea quantò
 Quis magis ingreditur, tam magis ipsa juvant.

De Balneo speluncæ Alcadi- nus:

Ultima Thermarum laudes spelunca meretur,
 Cuius aquam poterit simplice nemo frui.
 Ingenio faciente modum capit unda calorem,
 Sic intrabit aquas ingeniosus homo.
 Cuiuscunque velis perimit symptomata gutta
 Hic fugit hydropisis, tussis iniqua perit.
 Vt Galenus ait, Drachmas si quinque calentis
 Quisquam quotidie sumere curet aqua.
 Sive nocens vitium subter diaphragmate ledit,
 Sive etiam superest improba causa mali.
 Fortior hinc surget tum morbo liber ab omni,
 Diu grates tantò munere latusaget.

AREO.



AREOLA XXIV.
INSCRIPTIONES
PONTIUM.

*Pontis ad Liburnum Hetru-
ria Portum.*

Antonius Boges, Persarum, qui apud
Thraces Cilibi lunt,
Nobilissimus una & opulentissimus,
Christi verò cultor in Mahumetanis terris
integer,

In exaggerandis fortunis innocens,
Declinans impotentissimi Dominatoris in-
vidiam,

Liburnam secessit,
Ubi restituto cum Negotiatoribus Smyrnæis
commercio,

Ut & homines demereretur, & Numen,
Hoc Ponte sumptibus suis
erecto

Piorum frequentia ad Divæ Virginis in
Monte Nigro

Pervium iter effecit. M.DC.LIX.

*Scripta à Francisco Suico, non tamen
posita.*



AREOLA XXV.

INSCRIPTIONES

VIARUM.

Vetus Inscriptio, quæ haud procul Sistarico Provinciae II. Narbonensis cernitur in rupe, quam vulgo Petram scissam vocant.

CL. Postumus Dardanus V. Inl. & Patricie Dignitatis. Exconsulari Provincia Viennensis. Ex Magistro Serini lib. Ex quæst. Ex præf. præc. Gall. & Nevia Galla clar. & Inl. Fem. Materfam. eius loco cui nomen Theopoli est viarum usum casis utrimque montium lateribus præstituerunt. Muros & portas dederunt. Quod in agro proprio constitutum tuitionis omnium voluerunt esse commune. Adnitente etiam V. Inl. Com. ac fratre memorati viri C. L. Lepido exconsulari Germaniæ primæ. Ex mag. Memoriae Excom. rerum privat. ut erga omnium salutem eorum studium & devotionis publ. Titulus poss. ostendi.

*Mediolani ad caput viæ
novæ.*

D Petrus. Enriquez. Azevedias. Fön-
tium. Comes. Mediolanensis. Provin-
ciæ. Gubernator, ut. Aditus. & Reditus. A; Ju-
sticia. Ad Clementiam facillimi certissimeque
paterent, viam hanc è Regia ad prætorium a-
peruit, & ad utilitatem Publicam direxit.
M. DC. III.

*Ad Bifidos gradus Cœnobij D.
Georgij Majoris Venetiæ, qui
bus ad Peristilia itur. Ex una
fronte.*

Facilem habes Hospes
Ascensum,
Ut discas
Ad arduos Cœli apices
Medico labore pervenire.

In altero graduum latere.

Quisquis hos gradus premis,
Vitia quoque calca,
Sic tibi ex Piaculis, novo more,
Scalam facies ad Cœlum.

P 3

SA.

SALISBURGI,

quæ iter ad arcem.

Maximilianus Gandolphus, ex S. R. I. Comit. de Kuenburg. Archi-Episcopus & Princeps Salisb. Sacrae Sedis Apoll. Legatus &c. &c. Montis & Viæ huius Casum sa- xels hisce fulcris prævertit & sustentavit. Anno MDC, LXXVI.

Romæ in aditu Castri S. Angeli.

Urbanus VIII. Pont. Max.

Deductum in arcem latentij fornice transi- tum à Vaticano, ruinam minantem Constabilivit, testoque munivit.

Anno M. DC. XXX. Pont. VIII.



AREOLA XXVI.
INSCRIPTIONES
FONTIUM.

Romæ ad Castrum S. Angeli.

Paulus Quintus Pont. Max,
Regionem Leoninam
Perennium aquarum inopiâ
Laborantem

Aquâ ab se in Urbem deductâ
Vberi dispensatione

Variis fontibus attributa

Locupletavit.

Anno Domini M. DC. XIV. Pont. X.

*Romæ ad Ecclesiam S. Laurentii in
Damaso, quæ alio nomine appellatur
in Prasino.*

Iste salutaris fons continet inclytus undas,
Et solet humanam purificare luem.

Munia sacra ti quæ sint vis scire liquoris?

Dant regnatricem flumina sancta fidem.

Ablue fonte sacro veteris contagia vitæ,

Omnium felix vive renatus aqua.

Hunc fontem quicumque petit, terrena relin-
quit, præcipue

Subjicit & pedibus cæca ministeria.

*Ad Lacum Larium apud Insubres in
Villa Capuanâ Leones Marmorei fon-
tem evomunt, cum hac inscrip-
tione.*

Dum, canis, ac Nemei. Vexat. vis, effera.
monstri.

Hic, nobis, largam, dat, Leo, ternus, o-

Felices, lymphas, venâ, comitantur, eadem,

Aura, gelu, murmur, perpetuusque, ni-
tor.

Paulinus Tugæus.

Fontis alterius in eadem Villâ, sub ima-

X. agite Christi de cruce pendentis :

Fons, vivus, supra, manat, Fons, vitreus,
infra.

Profluit iste, solo. Profluit ille, polo.
Non, alios, debes, sitiens, perquirere, fontes,
Corporis, hic, pellit, mentis, at, iste, si-
tim,

Idem.

Florentiae.

Ad fontem tenui vnda pellucidum Ho-
pes accede.

Curas edaces, quæ cor sauciant, pone.

Naiadum pulcherrima loci custos

Vultuosos, Invidos, & omnia aduncæ naso su-
spendentes procul arce:

Hilares, candidos, & amara lento risu tem-
peantes

Obviis vlnis excipit,

Aula Portus hic est

Vbi Princeps positus radiis, & fulmine, men-
tem levet,

Animum recreet.

Antiqua inscriptio Fontis, Roma.

NYMPHIS. LOCI.

BIBE. LAVA.

TACE.

Jas.

Julij Roscij Hortini in Fontem Gal-
lesij, à S. Famiano miraculo
excitatum.

Quas sitiens muscoso hausit sub fornice,
duxit
Marmoris è venis has Famianus aquas.
Sic olim Hebræus populus miracula Mosis
Obstupuit, fontem cum dedit illa si-
lex.
Ergo novo meritò jactent se Mose Falisci,
Quos alit Hortinus, quosque Amerinus
ager.

Fontis in Monasterio Waldsassen:

Hocopus Andreæ impensa stas pluribus
Abba,
Qvi gelidi liquidas fontis amavit aquas,
Ille quoque has reparat consumptas ignibus
ædes: An. Domini 1523.

Fontis

In horto Collegij PP. Societatis
Jesu
Paderbornæ.

D. O. M. S.

Fontis. aqua. salientis. in. vitam. eternam.
P 5 Des.

Deipara. Virgini. Maria. Ferdinandus. Dei. &. Apostolica. Sedis. gratia. Episcopus. Paderbornensis. S. R. I. Princeps. &. Comes. Pyrmontanus.

P. C. An. M. DC. LXV.

I

In dextro latere fontis.

N*E. fons. deficiat. silenti. Virginis. unda. Immunis. macula. Virgo. ministras. a. quam.*

II.

Hic ubi. cum. Iesu. manat. fons. Virgo. perennet.

Ex. gemino. vita. fonte. bibuntur. aqua.

In sinistro latere fontis.

I.

Ut fluit. hac. nostris. deducta. canalibus. unda. In. nos. sic. Maria. dona. refundat. amor.

II.

Et. Christo. &. Maria. fontem. Fernande. dedisti.

Reddet. &. tua. uber. reddet. &. ille. latin.

FON.

FONTES LUPPIÆ.

MEMORIÆ SACRUM.

Luppia. Romanis. annalibus. inclitus. a-
mnis.

Nec. minus. in. Franca. nobilis historia.
Hic. oritur. nomenque. dedit. famamque.
Neronum.

Quo. fira. maioris. castra. fuisse. loco.
Et. quem. concilio. pro. religione. vocato.
Saxoniz. Carolum. ter. celebrasse. fe-
runt.

Devenerare. sacrum. fluvij. caput. hospes. &c.
alte.

Gelatis. Nil. præfer. originibus.
Qui. licet. innumeris. tumidus. petat. amni-
bus. æquor.

Fonte. tamen. maius. Luppia. nomen
habet.

FERDINANDUS. DEI. ET. APO-
STOLICÆ. SEDIS. GRATIA. EPI-
SCOPUS. PADERBORNENSIS.
GOADIUTOR. MONASTERIEN-
SIS. S. R. I. PRINCEPS. ET. CO-
MES. PYRMONTANUS.

Ad. fontes. Luppiæ. fluminis. in. ditio-
ne. Paderbornensi. surgentis. Romapi. exer-
citus. hibernis. &c. Caroli. M. Concilij. cele-
bratos. M. H. P.

FON-

FONTES AMISII MEMORIÆ SACRUM.

Ille. ego. sum. Amisius. surgens. his. fontibus. annis.

Glim. Romana. notus. in. historia.

Qui. centum. de labor. aqua. comitatus. in
aquor.

Ante. pererratis. Urbibus. &. Populis.

Nunc. caput. occultum. rimatus. vallo. sep.
in.

Fernandus. niveo. condecorat. lapide.

At tibi. Nestorei. meritis. pro. talibus. annis

Latæque. perpetuo. tempora. vere. fluât.

Et. nomen. Fernande. tuum. sic. crescat. eun-
do.

Aucta. velut. nostræ. gloria. crescit. a-
quæ.

FERDINANDUS. DEI. ET. APO-
STOLICÆ. SEDIS. GRATIA. E-
PISCOPUS. PADERBORNENSIS.
COADIUTOR. MONASTERI-
ENSIS. S. R. I. PRINCEPS. ET
COMES. PYRMONTANUS.

Ad. fontes. Amisij. Romanis. notissimi.
fluminis. in. ditione. Paderbornensi. nascentis. M. H. P.

Hospes. vive. tuæ. sortis. memor. en. ego.
parvis.

Nobilis. hic. orior. fontibus. Amisus.

Et

Et, postquam. fluvij. ingentibus. auctus. in.
altum.

Vela. tui. vasto. mergor. in Oceano.
Sic. ubi. principijs. mortalia. tenuibus. orra.
Creverunt. magnis. ausibus. intereunt.

Paderæ Fontes.

MEMORIÆ SACRUM.

Hic. ubi. fons. Paderæ. media. surgentis.
in. urbe.

Duco. verus. magni. nomen. ab. Am-
ne. Padi.

Marte. diu. ancipiti. Carolus. certare. coa-
ctus.

Delegit. castris. concilijsque. locum.
Jussit. &. his. undis. lustratam. subdere. gen-
tem.

Saxonicam. vero. colla. superba. DEO.
Hic. Leo. Romana. deductus. ab. urbe. Sa-
cellum.

Sacravit. primum. religionis. opus.
Hic. sedes. longo. fuit. ordine. deinde. secutis.
Terrarum. dominis. inclyta. Caesaribus.
Virginis. hic. Conjux. virgo. Cunigunda.
mariti.

Accepit. meritis. Regia. certa. comis.
Vastum. alius. subeat. septena. per. ostia.
Pontum.

Nobilius. nullus. me. caput. amnis. ha-
bet.

FER-

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTO.
lica. Sedis. gratia. Episcopus. Paderbornensis.
Coadjutor Monasteriensis. S. R. I. Prin-
ceps. & Comes Pyrmontanus.

Ad fontes. Paderæ. castris. comitijs. &
frequenti Imperatorum. Regumque. Ger-
maniz. & Franciz. hospitio. ac Regia. S.
Canigundæ coronatione. celebratos.

M. H. P.

Fons resonus.

Vulgo Bullerborn, prope Becam veterem,
pagum diocesis Paderbornensis.

MEMORIÆ SACRUM.

TEntoburgensis. Silva. radicibus. ortum
Qua. trahit. & resonis. nomina. de-
bet. aquis.

Arte. scatens. mira. pelagi. nunc. more. fre-
mentis.

Æstuat. alterna. nunc. filet. unda. vice.

Et. pede decurrit. liquido. dum. proxima. sen-
sim (mox)

Per. cava. labentem. saxa resorbet hu-
Mox. eadem vires subter. tellure. recentes

Colligit. & largas. aucta. refundit. aquas.

Ne. jactes. Arethusa. tui. miracula. fontis.

Sela. etiam. nostras. fama. loquetur. opes.

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTO-
lica. Sedis. Gratiâ. Episcopus. Paderbor-
nensis. Coadjutor Monasteriensis. S. R. I.
Princeps & Comes Pyrmontanus.

Ad fontem. Bullerbörn. prope. Bëcam. ve-
rerent. mira. natura. præditum. & frequen-
tibus. Principum. & nobilium. virorum. con-
vivijis. excubijs. & experimentis. olim. ce-
lebratum.

M. H. P.

Fons Padulus

Ante Neuhausium, consuetum Episcoporum
& Principum Paderbornensium do-
micilium.

MEMORIÆ SACRUM.

Fons. ego. sum. Padulus. nitidis. argenteus.
undis.

Purior. electro. frigidiorque. gelu.

Olim vix. pecori. notus. nunc. arida. febris.

Noster. Fernandi. proluit. ora. liquor.

Unde. meo. Princeps. creatus. munere. clausas

Marmoribus. grato. carmine. signat. a-
guas.

Ne. mihi. Castalios. latices. oppone. nec. undam.

Bellerophonteï. care. viator. equi.

Ille. etenim. docilis. inspirat. vatibus. æstum.

Hæc. levat. & medicam. lymphæ. mini-
strat. opem.

FER:

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ. Sedis. Gratia. Episcopus Paderbornensis. S. R. I. Princeps. & Comes. Pyrmontanus. Aqua. fontis. Paduli. in Febris ardoribus. recreatus.

P. C. An. M. DC. LXV.

Acidula Smechtana.

MEMORIÆ SACRUM.

Non. ego. vicinis. dubitem. contendere.
Nymphis.

*Tanta. licet. nostra. copia. desit. aqua
Frigidior. glacie. certè. mea. nectar. acore*

*Unda. refert. vitro. splendidiorque. fluit.
Utilis. & calido. jecori stomachoque. dolenti.*

*Et. presens. agris. renibus. auxilium.
Principis. hinc. patrum. Princeps. exempla secutus
Fernandus. patriæ. maxima. cura. mea.*

Marmoreæ. portas. ornavit. margine. lymphas.

*Addidit. & grata. carmina. ducta. manu.
Tæ. meriti. contra. memor. illius. usque. liquores*

Arenti. sitiens. qui. trahis. ore. meos.

Popula. Fernandi. fac. l'ois. prima. saluti.

In columbis. Paderæ. quam. dabit. ille. sua.

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ. Sedis. Gratia. Episcopus Paderbornensis. Coadjutor Monasteriensis. S. R. I. Princeps, & Comes Pyrmontanus. Ad memoriam accepti beneficij. P. C. An.

M. DC. LXIX.

Naa-

*Nauseat. aut. si. quis. calet. hinc. bibas.
ager. orexim.*

*Nostra. facit. stomacho. pellit. & unda.
sitim.*

*Nectar. acore. vitrum. splendore. & frigore.
brumam*

Exsuperat. medica. nec. caret. artis. ope.

Acidula Driburgensis.

MEMORIÆ SACRUM.

H*ic. ego. visceribus. magna. prorumpo. pa-
rentis.*

Larga. salutifera. vena. perennis. aqua.

Dosta. gravi. morbo. renes. & face. lienem.

Et. tumidum. flava. bile. levare. jecur.

Et. torpens. acido. stimulante. liquore. palatum

Ta dia. ventriculo. pellere. fauce sitim.

*Qui. bibit. ergo. meos. latices. & civis. & hospes
Incolumis. nostris. rite. precetur. aquis.*

*Magnus. ut. has. armis. Carolus. victricibus.
undas*

Saxonico. fertur. supposuisse. Pado.

Sic. Fernande. tuo. decorata. munere. long

Tempore. te. salvo. sub. tua. jura. fluant.

**FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLI-
ca. Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornen-
sis. Coadjutor Monasteriensis. S.R.I. Prin-
ceps. & Comes Pyrmontanus.**

Ad. acidulam. Driburgensem. salubritate.
medendisq[ue] corporibus. nobilem. commo-
dius. hauriendam. educta. humido. solo. ar-
borib[us]q[ue]. confita. ad. deambuulandum.
via. &. fontis. celebritati. &. publicæ. utili-
tati. consuluit.

*In Anglia fons artificialis est in loco
Diane, ubi Actæon aspersione Dearum in
ceruum transmutatur, hæc inscriptione
additâ:*

ACTÆON.

SPlene opus humano, capiti si Pictor equi-
nas


Jungere cervices aut canis ora vellet:
Cervinum Diana caput cervicibus istis.

Addit, in injusto viscera justa rogo.

DIANA.

Mente opus humanâ, ne feros in corpore
mores

● Parrhasius pingat, Praxitelésve dolet.
Cervina Actæon tua sunt præcordia; quidni
Cornua sint? prudens pectora stulta
queror.



AREOLA XXVII. HORTORUM INSCR PTIONES.

Ad fores Horti Norimbergensis:

Hic natura Patens toto quos parturit
orbe
Flores fert oculis: quæis lege, non ma-
bus.

Hospes Amice advena,
Qui Horti Amœnitatem
Cupis oblectarier,
Modestiam & Continentiam
Comites habeas
Floræ Custodes.

Antverpiæ.

FRANC. SUVERTIUS, F.
Ædes, & Hortos Musis dedicat,
Ratus
Eas hilari hujusce Cæli positione
Allicere, atque ita fortassis
Amicas fore
Sub. Alb. & Isab. Austr.
Novit paucos secunda quies.

*Venetiis, in Hortis Pisaurianis, sub
simulacro Venetæ Reipub.*

Venetam Majestatem
Quam Europæ Principibus spectandam
secum circumtulit;

Tandem

In hortis feriatutam collocavit
Joannes Pisaurus Venetiarum Princeps.

In Basi Statuæ

*Neptuni è Regione Venetiarum signi in
iisdem hortis posita.*

N E P T U N U S,

Qui Venetæ Reipublicæ quotannis solenni-
ter nubit,

Ut Sponsam meditetur,

Hic è Regione situs est,

A Joanne Pisauo Venetiarum Principe.

Inscriptio antiqua Torcelli defossa.

LONGIUS. PATROCLUS. SECUTUS.
PIETATEM. COL. CENT. HORTOS.
CUM. ÆDIFICIO. HUIC. SEPULT.
JUNCTO. VIVUS. DONAVIT. UT. EX.
REDDITU. EORUM. ROSÆ. ET ESTÆ.
PATRONO. SUO. ET. QUANDOQUE.
SIBI PONERENTUR.

AREO.



AREOLA XXVIII.

INSCRIPTIONES VIL- LARUM.

Paulilypi.

Pradium hoc

Villâ pomariisque munitum,

Nec ulli obaratum,

Fabius de Dura Eques Parthenopans

Maribus primogenitis legavit,

Perpetuôque nexu fidei commisit posterorum,

Ne unquam ullam ob causam

Vendant, distrabant, pignori dent.

Secus si faxint, possessione cadant,

Rémque ipsam, usúmque; fructúmque; uti uti fuerit

Jure mancip. aut quoquo alio Jure

Adeant, capiant, vindicent.

Secundo ex se loco geniti

Eadémque Lege nexi teneant.

Ni teneant,

Primogenitorum posteri repetunto,

Lapide hoc indice, Celo Vindice.

Ann. Sal. Hum. CIO. ID. XXXV.

Q3

Pe.

Petrus Crinitus de Villâ Ciceronis.

Quod tua Romanæ vindex clarissime
linguæ

Sylva loco melius surgere iussa viret.
Atque Academia celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore vetus.
Hic etiam apparent Lymphæ non ante re-
pertæ,

Languida quæ infuso lumina rore levant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hæc fontes cùm patefecit
ope.

Ut quoniam totum legitur sine fine per or-
bem,

Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Ad Suburbanum Laurentij Beyerlinck

Canonici Antwerp, in Vica Berchem:

PERPETUÆ. SALUBRITATI.

HONESTÆ. VOLUPTATI.

AMICÆ. QUIETI.

Patavij.

Benedictus Silvaticus, Bartholomæi F.
summis in patria honoribus functus, ex
legatione ad serenissimum Principem Cor-
nelium Equestri dignitate ornatus, in pa-
trio

rio Gymnasio primum Medici Professo-
 ris munus unico ad hanc diem exemplo ad-
 optus, à Cesare in Germaniam, per Italiam à
 Principibus summisque viris per quatuor &
 quadraginta annos evocatus, septuagenario
 maior paternum Suburbanum modico late-
 re ac tecto, & angusto per obliquos tramites
 accessu incommodum, laxatis veteribus,
 novis adjectis cubiculis, porrecta fronte sur-
 gentium pinnarum coronamento antiquum
 tholum cingente, in ampliorem & augustio-
 rem hanc formam redegit, & ut mollior aditus
 esset collis dorso clementer acclivi scalas su-
 pino ascensu, vagoque per amena despectu
 suspendit. Præterea objacentem colli pla-
 nitiam directa area explicuit, & diductis hinc
 inde rivis placidè alluentis fluminis commer-
 cio aditum aperuit, ac totius ædificij prospe-
 ctum navigantibus propius admovit.

Ibidem.

Nicolaus Leucius

Villam à parente inchoatam

Laxius ac magnificentius instruxit,

Agri limites innocenter extendit,

documento posteris

Argendi per honesta patrimonij.

Ibidem.

Paterna rura

Ædibus Urbaniæ magnificentius

Q4

Sine

Sine strepitu æmulis
 Excoluit,
 Latifundiis extendit,
 Ac privatum pomarium
 Produxit,
 Incitamento minoribus
 Ut semper honesta meliorem faciant.

Veronæ ad Villam Thadæi
 Tirabosci.

*Genio. & Incunditati,
 Secessum. hunc.
 Quo. in remissionibus. uteretur.
 Thadæus. Tiraboscus.
 Ex commodo.
 Posthabita. Propinquitati.
 Amanitate.*

Villa Bernardini Rota:

Tu. Quisquis. Es.
 Lætus. Gratusque. adsis.
 Berardinus. Rota
 Animi. Receptui
 Posuit
 Velut. curarum. requiem
 Musarum. Locum.

Villa Sfondratæ ad Larium Lacum:

Frontibus æternis Laurus
 Sfondrata virescat

Her-

Herculeo capiti decus allatura perenne.

AN. EI. LAURUS.

VALERIANUS?

Æterna observantia viridis

SFONDRATAM

Opus miræ elegantiz

Ab Hercule Parente perfectam

Ejus nomine vult coronatam

Ipsæ Laurus, & Corona.

In Villâ Matraiâ agri Lucensis.

THOMAS. GUINISTUS.

Villam. sibi. posterisque. suis. primogenitis

A. Vincentio. Patre. fidei commisso. relictam
Agro. latius. acquisito. atque. uberius. ex-
culto.

Domo in ampliorem formam. magnificen-
tius exstructa.

Monte. ad. aream. & hortos. amœnius. ex-
æquato.

Aqua. ad. fundi utilitatem. deliciasque. lon-
gè deducta.

Auxit. & ornavit

A. Sal. M. D C. XVI.

Superis. Gratias. Immortales.



AREOLA XXIX.

INSCRIPTIONES

CÆNACULORUM.

PATAVII.

Maria Austriaca Augusta. Unico ad hanc diem exemplo, Imperatoris filia, conjux, nurus, & mater, Regis Soror, cum à Germaniâ in Hispaniam proficisceretur S. E. à Francisco Priolo D. M. Proc. Regio paratu excepta frequenti principum ac procerum officio, has ades majestate sua implevit, Sacràque mensarum atque hospitales Deos miscens fortunæ Principalis fulgore penates in posterum nobilitavit. Marina Priola ad renovandam tanti hospitij memoriam, H. M. P.

Off. Ferrarins.

*B. Martini Damienfis Episcopi
in Refectorio.*

Non hic auratis ornantur prandia fulcris,
Assyrius murex nec tibi sigma dedit.
Nec

Nec per multiplices abaco splendens cavernas

Ponentur nitidæ codicis arte dapes.

Non Scyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo

Crustatum stringat tortilis ansa latus.

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,

Quæque Sarapteno palmitè missa bibas.

Sed quicquid tenuis non complet copia mensæ,

Suppleat hoc petimus gratia plena tibi.

LEGES CONVIVALES.

Candor & Ingenuitas excipiant Hospitem,

Amor & frugalitas socientur.

Numerus non infra Charites, non supra Musas.

Promptissimum Humanitatis officium meritendum ex bonâ voluntate non Luxu,

In Domo & mensâ nitor amandus, sed quem modestia præscribit.

Videri potius Invitator hilaris malit, quam sollicitus.

Quem excipis, cave ne apparatu percellatur.

Laudo hospitium, in quo nihil hospite melius.

Pompam & portenta luxuriæ sapiens arceat; Deli-

Delicias mentiri, ut pro Genio vulgi sapias;
stultum est.

Sic instrue mensam, ne evacuetur omne macellum:

Ne culinæ fumus vigiles terreat:

Ne vicini concurrant ad restringendum,
ignem.

Malus, qui amici adfectum sumptu ponderat.
Stultus est qui vocat, quem venire nolit.

Illis Lares pandantur, quibus animus patet.
Illi invitanda, qui excipi sine apparatu gaudent.

Convivam caveo, qui me sibi superbum comparat, & res despiciit exiguas.

Sal condimentum cibi, sales convivij, sed
ingenui & eruditi, Urbani sales.

Non pudeat frugalitatem ostendere, quæ
nemo nisi intemperans offenditur.

Plebeios calices, & paucis assibus emptos
porrige.

Citra Luxum hilaritas comparari potest, &
deliciæ honestæ Voluptatis in unico
reperiuntur cantharo.

Sic dimittendus Conviva, ut qualis venerat
redire postridie possit.

Maximo damno cœnat, quisquis valetudinem
impendit.

Nimium pro sumptu præmium exigit Invitator,
qui imperio utitur, & convivam

vam cibo potuque ad morbum compellit.

Sit cibus parabilis, facilisque, nihil habens
acerbitatis, pretiosive ubilibet non defuturus,
nec patrimonio gravis, nec corpori, nec
rediturus quàm intraverat.

Præcepta Culinae frugalis & munda.

A Qua quæ infertur sit pura non limosa,
Manus autem coqui non exstet leprosa.
Linum sit albicans, atque deterfum,
Et totæ tabulae quaquaversum.
Ligna sint solida, sint quoque sicca,
Ne in cibum incidat carbonis mica.
Ignis exsurgat vivus & purus,
Crudus ne fiat cibus & durus.
Maturè apponito ollas favillis,
Præsertim plenas carnibus suillis.
Munda à spurcitijs tua pavimenta,
Nec ossa perferas, neque stramenta,
Sic tua splendeat nitida culina,
Melius certè quàm ipse Catilina.



AREOLA XXX.
INSCRIPTIONES
CELLARUM.

In arce Ambrosiana in Tyrol.

Hospes Advena,

Liberi Patris aditum ne profanus

Egreditor ;

Tauricornis DEI iram ne provocato :

At ejus Sacris lubens initiator.

Meri optumi craterem Acratophorum :

Haustu pollenti potenti polluceto :
 initiatus

Nomen tuum in Orgiastarum

Tabulis Adscribito.



AREOLA XXXI.
INSCRIPTIONES
THEATRORUM.

Theatro Rom.

L. SICINIUS. DENTATUS. TRIB. PL.
 CENTIES. VICES. PRÆLIATUS. OCTI.
 ES.

ES. EX. PROVOCATIONE. VICTOR.
 XLV. CICATRICIBUS. ADVERSO. COR-
 PORE. INSIGNIS. NULLA. IN. TER-
 GO. IDEM. SPOLIA. COEPIT. XXXIV.
 DONATUS. HASTIS. PURIS. IIXX.
 PHALERIS. XXV. TORQUIBUS. III. ET
 LXX. ARMILLIS. CLX. CORONIS.
 XXXV. CIVICIS. XIII. AUREIS. VIII.
 MURAL. IH. OBSIDIONAL. I. FISCO.
 ARIS. X. CAPTIVIS. XX. IMPERATO-
 RES. VIII. IPSIUS. MAXIME. OPERA.
 TRIUMPHANTES. SECUTUS.

Mediolani.

Serenissimæ Margaritæ
 Austriæ

Hispaniarum Maximæ Reginæ

Ut celeberrimus in Italiam

Esset adventus

Com omnibus nobilium effusis ordinibus

Processit obvius

Joannes Fernandus Velaschius

Castellæ Comestabilis

Quo absente

Innicus ejus filius Comes Haro

Provinciam Mediolan. gubernans

Veram & solidam Patris sui gloriam

Factis similibus propagando

Cœptum Theatrum absolvit

Literisque in Marmore incisus

Vici


Virtutis sempiternis testibus
 Memoriam consignavit
 Ut immortalem redderet
 Anno MDXCVIII.

Theatro Bellonæ, ac Musis sacro.

Bellonæ. ac Musis. Theatrum
 Raynutius Farnesius.
 Parmæ. ac. Placentiæ. Dux. IV.
 Castri. V.
 Augusta. Magnificencia. aperuit
 Anno MDCXIX.

*Mediolani Theatro Regij Infantis
 nati:*

Fremuerunt adhuc
 Inimicis. pressa. ratibus. maria
 Fremuit tellus.
 Continuandis. futurum. in. sæculum.
 Stragibus
 Metuit. aër
 Tabifico. Cadaverum. Habitu. corrumpi
 Exorata. tandem ab hominibus. Numina
 Elementis. omnibus. quietem. donarunt
 Hispano. Infante. Donato
 Naves. Vela. Maria
 Cunæ Fasciæ. Aulæ.
 Sint
 Ventòrum. Æolo. Aquarum. Neptuno. Ter-
 rarum. Gradivo
 Domino. Domitori. Dominatori.



AREOLA XXXII.
INSCRIPTIONES OFFICINA-
RUM MONETARIARUM.

IN ARCU MONETALI

*Antverpiæ erecto, in adventu Ferdinandi
 Austrii Infantis Cardin.*

MONETA. AD. COMMERCIIUM. GE-
NERIS. HUMANI. CUSA. ET. AUGU-
STISSIMA. REGIS. ORBIS TERRARUM.
LOCUPLETATORIS. IMAGINE. CON-
SECRATA.



AREOLA XXXIII.
INSCRIPTIONES NOSOCO-
MIORUM, ET HOSPITALIUM.

Romæ.

Innocentio X. Pont. Max.
 Quod insigni ejus liberalitate
 Difficillimis Xenodochij temporibus
 Vetus in excipiendis peregrinis mos,
 R Et

Et laus retineri atque florere potuerit,
Beneficij monumentum Sodalitas posuit
Anno Jubilæi M. DC. L.

Nosocomij.

O. Pij. sub. toto. æquinoctio. mortales
O. Beatæ. sub. Clementi. Cælo. gentes.
Quæ. ad. sanctam. DEI. fidem. venistis.
Leo. X. Pont. Max. Patria. Etruscus.
Mediceus. Genere. Animi. Magnitudine.
Doctrina. Et. religione. Magnus.
Hanc. Proseucham. Vestræ tantum.
Genti. Vestræ. Solum. Posteritati. erexit.
Prospicite. Nunc. quæso. Summam.
Vicarij. Dei. Pietatem.
Quæ. ab. Vrbe. Roma. in. Ignotum.
Usque. orbem. Vestrum. se. Protendit.

Mediolani.

FRanciscus Sforzia Dux IV. opt. Max.
P. P. & ejus uxor Blanea Maria Vicecom-
es, qui situm ædēsque dederunt, unacum
Mediolanensi populo hoc hospitale posuere.

Ibidem.

FRanciscus Sforzia Dux Mediolani IV.
Qui Urbis & Gentis Imperium Soceri
morte amissum recuperavit, ad sustentan-
dos Christi pauperes dispersa alimenta con-
gessit,

gessit, atque ex vetere Arce *Ædes* ampliter
excitavit. Anno sal. M. CCCC. LVI. prid.
Idus Aprilis.

Ibidem supra januam Pie domus.

In dextro spatio.

MEDIOLANENSIVM CIVIVM, PIE-
TAS. SIC. PARVULOS. FOVET.

In laevo.

INNOCENTES. IN. UTRAQUE. FE-
LICES. QVIS. NESCIAT. VITA.

In medio.

MISERABILIVM. INFANTIVM.
OPPORTUNA. DOMVS. CUIVS. JA-
NUA. EST. CHRISTVS.

Domui Charitatis, Mediolani:

Charitate, & nobilitate Insignes Duode-
cim cives loco opportuno electam Do-
mum charitatis nomine nuncuparunt. Vbi
egregiæ charitatis opera exercentes clarissi-
ma cælestis gloriæ præmia quæsiuerunt Cha-
ritatis eximie Memoriam hodierni charitatis
præfecti debita in Benemeritos charitate spe-
ctari Hoc inscriptam Marmorme voluerunt
Anno M. D. LXXXIII.

Ibidem.

Montem Virginium, unde Egeni aqua-
liter deligendi è sex Urbis regionibus

258. INSCRIPTIONES NOSOCOMIORUM.

gratis quotannis accipient vestes pelliceas, operimenta Lectorum, pallia, tibialia, calceamenta, & certam pecuniarum summam ad æ alienum extinguendum, & captivos redimendos. Virginia Spinula Matrōna Genuensis nobilissima & liberalissima fundavit, ac commendavit XII. VIRIS. PRÆFECTIS Piz Domus Misericordiæ, Gaspare ex Capitaneis de Vicomercato publico tabellione Mediolani piam Testamenti voluntatem excipiente. An. M. DC. XXVI. Die XXVII. Aug.

Domui, ubi pauperes aluntur. Verona.

Liliata. Deipara. Maria.

Hanc tibi Ædem.

Liberalitate Veronensium Eximia
Exædificatam.

Derelictæ. Fœminæ.

Quæ in Hac Ptochia agunt,

Dicant, Dedicant.

Devotæ Numini, Majestatiq̃ue Tuæ

Uti sis Eis semper Propitiata

Anno MDCV. Kal. Aug.

Franc. Pola.

ARE-



AREOLA XXXIV.

INSCRIPTIONES MISCELLANÆ.

Ad B. V. Cellensem in Styriâ, cratibus argenteis ab Augustissimo Imperatore Leopoldo oblatis, miraculosam imaginem cingentibus,

Virgini CeLLensi pro filio Iosepho
sibi à Deo proCVrato LeopoldVs
Cæsar gratVs has Grates offert.

Ibidem Cordi Aureo, ab eodem oblato.

Ex una parte;

ex Voto

CLaVDIæ aVgVstæ

qVæ Viennæ piè oblit,

Cor. Isthoc

DIVæ Virgini CeLLensi
offertVr,

II

IVLII.

Ex altera parte.

VotVM.

CLaVDIæ aVgVstæ

LeopoldVs MœstVs

exOLVI.

Pyræ

**Pyræ festæ Pifis , cùm ad nun-
cium evecti ad Vaticanam purpuram
Scipionis de Pannochieschis , Comitæ Ilcij,
& Archiepiscopi Pifani , Joannes Pinoccius
Abbas, & ipfius Archiepiscopi Vicarius
Generalis Ignes festos expo-
neret.**

*Sit alibi Vulcanus lethi faber ,
Hic lætitiæ præco est.*

**Joannes Pinoccius ut tanta hilaritatis diem
produceret ,**

Occidentis Solis vicem

Hæc lumina supplere voluit.

**Animi ille gaudium multiplicibus flammarum
linguis expressit ,**

Quando una satis non potuit.

Chiforum Siderum Munificentiam,

Quæ licuit emulatus

Novis noctem fideribus illustravit.

**Cùm aquilam fulminum ministram non igno-
raret ,**

**Festo terrestrium fulminum plausu eadem alu-
sit ,**

Pyris advolare solita hosce Rogos excitavit.

Ferte hunc de cordium ardoribus suppetias

Cives ,

Vel in ijs gaudiorum vestrorum semina

Lato lacrymarum flumine

Irrigate.

Sculero

*Sceletò muliebri Romæ in Nosodochio
ad Divæ Mariæ vulgò de Consola-
tione.*

Quod hoc vides Amice
Corpus sine corpore,
Ne stupeas, aut damnes
Quisquis es.
Testamento sic ipsa cavi,
Ut hoc, quod cernis fierem
Philosophis ac Medicis sacris.
Horum si es de numero,
Sacro Legato utitor:
Sin profanus, indoctus,
Hinc ocyùs abscedito.

*Altera metrica rem totam expla-
nans.*

Carnibus orba suis cur sint hac, fortè re-
quiris,
Iuncta tamen iussu corporis ossa situ?
Sic mandata dedi vivens Antonia quondam,
Et moriens eadem iussa suprema dedi.
Ut sceletos fierem, Medici quo discere possint,
Quanta forent, quot, quo qualibet ossa
loco.
Quod iussi, fecit Gisbertus: gratia magna
Huic maneat, satis est lux mihi perpetua.

R 4

Tro-

*Trophæo Sfortiæ de Gallis, Romæ ad
S. Joannem Lateran.*

Pius. V. Ponti. - Max.
Signa, de, Caroli IX. Christianiss. Galliar.
Regis,
Perduellibus, Iisdemque. Ecclesiæ. hostibus.
A Sfortia. Comite, Sanctæ. Floræ,
Pontificij, Auxiliarij.
Exercitus. duce. capta, Relataque.
In principe, Ecclesiarum, Basilica. Suspendit.
Et omnipotentij. Deo.
Tantæ. Victoriæ. Auctori, dicavit.
Anno M. D. LXX.

*Trophæo Tarraconensi Cæs. de filijs
Pompeij.*

Bellum, Cæsaris,
Et. Patriæ. ex. magna. parte.
Confectum. Sex. &. Cn. Magni.
Pompei, Filijs. hic. In. Agro,
Batestaniorum. profligatis.

Vexillo militari.

Admirandæ. Memoriz,
Nicolai, Cornelij.
Præfecti, Veronæ. decessoria,
Cui. Dij. dent. quantum. meretur,
Corpus.

Merca-

MISCELLANÆ.
Mercatorum. Veronensium,
Unanime,
F.

263

Ob plura erga se merita
Patrono Magnanimo.
Kal. Sept. M. DC V.

Franciscus Pala.

Insigni Militari.

Hieronimo. Venerio.
Felicianæ Arci,
P. F.

Joannes. Monopulus. Mutius,
Præsidarij Centuriones.

Victoriosum. hoc. Insigne,
Manu. unanimi,

Dant. Donant. Dicant,
Patrono. Benemerenti,
M. DC. VIII.

Equus Trojanus his litteris fertur

inscriptus.

ACHIVI,
ILIADI. MINERVÆ.
DONO.

Inscriptio Fenestræ vitreæ in Museo

Swertiano.

Francisco. Swertio
Posuit. Justus. Lipsius.

R 5

Signa.

Signavitque. in. re. fragili
Firmam. &. antiquam
Amicitiae. fidem.

Clb. 1b. XCIV. Kal. Sept.

In Paderbornensi Diœcesi.

CLADES VARIANA.

Memoria Sacrum.

EN. ubi. Romanae. cladis. monumenta.
superfunt
Varus. &. Arminio. stratus. ab. hoste.
jacet.

Et. campo. in. medio. notum. Victoria. no-
men

Servat. adhuc. nostris. inclyta. tempo-
ribus.

Auspicijs rapuit. pubes. Germana. secundis
Imperij. geminas. nobile. pignus. aves.
Desinat. Euphrates. Parthos. memorare. tri-
umphos

Clatior. est. caeso. Luppia. Quinctilio.
Rapta. Jovi. Latio. Crassi. spolia. ille. per-
empti

Reddidit. hic. aquilas. obtinet. usque.
suas.

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTO-
lica. Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornensis.
Coadjutor Monasteriensis. S. R. I. Princeps.
Et. Comes Pyrmontanus.

Varia-

Varianæ. cladis. pæne. exitiabilis. Romanis. Cæsare. Augusto. ad. Teutoburgiensem. Saltum. inter. Amisij. & Luppia. fontes. Arminio. Duce. à. Cheruscis. Bructeris. Mar-
sis. &. Conterminis. gentibus. illata.

M. H. P.

SALTUS

Teutoburgienſis.

MEMORIÆ SACRUM.

Teutoburgienſis. ſaltus. loca. vaſta. peragrans

Pauliſper. cæptum. fiſte. viator. iter.

Hic. raptas. aquilas. cladis. monumenta. Latina

Invenies. Vari. reſſiquiâſque Ducis.

Egit. &. hic. celebrem. Thietmalle. teſte. triumphum

Saxonicam. Carolus. depopulatus. humum.

Ut. meritò. dubites. Romana. cæde. cruento

Arminio major. num. ſit. habendus. honos.

Saxonis. an. Carolo. victori. ſapius. hoſtem

Fregit. hic. indomitum. contudit. ille ſemel,

FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLICÆ. Sedis Gratia. Episcopus. Paderbornensis. Coadjutor Monasteriensis S. R. I. Princeps. Et. Comes Pyrmontanus.

Saltum. Latinis. Teutoburgienſem. Ofnegum Francis. appellatum. Quinctilij. Vari. legionumque. trium. tumulo. &. Caroli. M. victoria

*Floria, de. Saxonibus. prope. Thietmalli. An.
DCCLXXXIII. reportata, nobilem, posito, hoc,
monumento, illustravit.*

Bocæ ad Luppiam.

MEMORIÆ SACRVM.

BOco, vetus, Carolo memorabilis, hospite,
pagus,
Luppia, quam, rapidis, præterit, amnis,
aquis,

Angarios, vidit, pacem, veniãque, precantes,
Suppliciter, Franco, subdere, colla, jugo.
Obsidibûsque, datis, jurando, jure, pacisci.
Obsequiis, stabilem, tempus, in omne, fidẽ.
Angariæ, gens, victa, Sacro, latere, triumpho.
Quem, Carolus, de, te, religioque tulit.
Si, sub, Rege, pio, libertas, gratior, exstat.
Servitio, magis, es, libera, facta, tuo.

**FERDINANDVS. DEI. ET. APOSTO-
lica. Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornensis.
Coadjutor Monasteriensis. S. R. I. Princeps.
& Comes Pyrmontanus.**

Bocæ, celebri, olim, pago, ubi, Carolus M.
Francorum, Rex, Angarios, datis, obsidibus,
& jurejurando, fidem, obsequii, firmantes.
An, DCCLXXV in, ditionem, accepit. &. à.
sanctæ, memoriæ, Badurado, Paderbornensi.
Episcopo, reliquæ, B. Landolini, Conf, quas.
è Ca-

è Cameracensi. dioecesi. illuc. transtulerat,
collocata. fuerunt.

M. H. P.

TROPOEA CAROLI M.

Francorum Regis. In campo

Sintfeld, Dioecesis Paderbor-

nensis.

MEMORIÆ SACRVM.

Nunc. ubi. fertilibus. latè. flauescit. aristas
Tam. Cereri. gratus. quàm. spatiosus.
ager.

Olim. campus. erat. quò. prælio. Saxo. minar⁹.

Francorum. signis. obvia. signa tulit.

Sed. victus. cessit. titulo. victoria. donat.

Mœnia. vicino. conspicienda. iugo.

Si. Marathon. Persis nomen. fatale. peremptis.

Miltiadæ. jactat. clara. tropæa. ducis.

Gloria. major. erit. Caroli. qui. parcere. victis.

Maluit. hostili. quam. jugulare manu.

FERDINANDVS. DEI. ET. APOSTOLI-

ca. Sedis. Gratia. Episcopus. Paderbornensis.

Coadjutor. Monasteriensis. S. R. I. Princeps.

Et. Comes Pyrmontanus.

Carolo M. Francorum. Regi. Saxonibus.

in campo. Sintfeld. An. DCC. XCIV. subactis.

& tertia eorum. parte. alio. traducta. de reli-

gione. Christiana. & publica. tranquillitate.

optime. merito.

M. H. P.

Deserti Sennæ olim Sinedi appellati.

MEMORIÆ SACRVM.

Desertos. Sinedi. Tractatus. humilesque.
myricas.

Qui. peragras. tutum. carpe. viator. iter.
Non. hic. insidias. non militis. arma. timebris.

Quæ secura. quies. arcet. & alma. Themis.
Apta. quidem. pecori. deest. & pastoribus.
umbra;

Rarâque populeas. ventilat. aura. comas.
Attamen. hic. apibus. dulcem. gregibusque.
ministrat.

Vnda. frequens. potum. pabula. grata. so-
lum.

Et. caput. Amisij. medijs. hinc. exit. arenis.

Illinc. uberibus. Luppia. surgit. aquis.

Nunc. etiam. viden? ut. celebret. loca. fa-
sta. colonus.

Sollicitate. rudem vomere. doctus. humi.
Omnia. sic. vincit. labor. improbus. omnia.
contra.

Agricolis. pessum, segnibus. ire. solent.
FERDINANDUS. DEI. ET. APOSTOLI-
cæ. Sedis. Gratia. Episcopus Paderbornen-
sis. Coadjutor. Monasteriensis. S. R. I. Prin-
ceps. & Comes. Pyrmontanus.

In. desertum. Sennæ. olim. Sinedi. appella-
tum. novis. colonis. cum. publico. com-
modo. deductis. M. H. P.

In-

Insula Comacina devastata.

Cadaver.

Antiquæ. Urbis.

Decreto. Comensium.

Ut.

Ejus. Pœnæ. Exemplo.

Parentem. suam. Urbem.

Comun.

Lariani. populi.

Fidelius. Colere.

Moneantur.

Item:

Cadaver.

Antiquæ. Urbis.

Irrediviva. Subversione.

Jacentis.

Decreto. Comensium.

In

Perfidios. Socios.





AREOLA XXXV.
INSCRIPTIONES TUMULO-
RUM MISCELLANÆ.

*Mediolani celebratum fuit funus
Principis feminae Orsinae, Herculi
Trivultij Conjugis.*

*Præ foribus pependit Tabula In-
dex funeris, his verbis animata.*

Funus

Principis. Orsinae.

Sfortia. Vicecomitis. Trivultia,

Hen. Cives

Triplicis. unâ. Solis. defectionem. acerbam.

Inspicite. complorate.

Illi

Æs. triplex. circa. pectus.

Cui. pelagum. fletus.

Denegant. Oculi.

*Succedenti pandebatur atrata circum
aula, coronata Elogiis sequentibus. Pri-
mum, occurrit Sol Arietem lustrans, tum
subdito Elogio :*

l. Ia.

I.

Ingredere spectator. theatrum cælo dignum. Ubi fœmina Herculi, Hercules soli fert lucem. Intuere in ariete cum gloria nascentis Anni certantia Orsinæ cunabula. Ætæ tulæ primæ stoliditatem, primum monstrum objectum sequaci superavit ingenio. Non dum firmatis ad gressum plantis jam intendebat lacertos ad pugnam. Indulgentia cæli, industria culturæ, indole soli mirum quas edidit gemmas, quos flores fudit vernans in spem Regiæ messis infantula!

II.

*Inde Sol Taurum assequutus, cum
hoc elogio.*

Plausum O qui dederas Orsinæ infanti, jam puellæ Pœana canito. Quæ Taurum cautiùs Europe tractavit, Rhinocerote speciosius luit, fabulæ Victrix, & Historiæ, Deo, ne dum Cæsare digna spectatore. Quidni luxuriet subdita tellus, lasciviente cælitus Tauro? sed Nostra petulantiam nescivit pecudis, cui Rationis regnum coævum fuit. Puellarem continentiam infantilis vigor præcinuit. Tauro prælusit Aries.

III.

Exin Geminos visens, cum elogio.

EN tibi novum laboris spectaculum isto:
S tum

stri genus. Apage horrorem Geminorum sidus
 concordiae fraternae monstrum dices tam cae-
 lis clarum, quam rarum terris : Ni oculos
 mox avocet Orsinae lumen, concordissimae in
 Conjugem necessitudinis heu vix monstra-
 tum terris Monstrum. Vinctos nexu gemino
 Sanguinis ac Partus vicit haec alio edita par-
 tu, alio sanguine. Illigata viro irresolubili
 vinculo, inviolabili studio. Quantumnam
 fuit à Jove impetratum dimidium vitae Pol-
 lucis Castori fratri demortuo ? Vivit non al-
 ternis diebus, sed continuis aut vitam viri
 Orsina in terris, aut vitam Orsinae in caelo
 vir. Maiore objecta luce lucem, occulens ge-
 minorum.

IV.

Post Cancrum, cum elogio.

Cancrum qui negat cum caelo caenum mu-
 tasse, illustria familiarum exempta sor-
 dibus avaritiae vel jurat, vel vovet. Sed il-
 lum stellatam in sedem reptasse, sidereumque
 in ignem arsisse, chelas luce parta auratas,
 lucisque avaras alienae tetendisse, qui negat,
 lucem negat. Orsinae summa temperantia in-
 ter fortunae blandimenta, munificentia inter
 domesticum splendorem, Herculis instar cae-
 lestis premit sidus, pectoris humani Tyran-
 num sacra auri fame restincta enecat : plus
 luminis dispersis colligens radijs, quam con-
 tractis.

V. De

V.

Dehinc Leonem , cum elogio :

Macte Titan , instattuo par labor robori, par domitori monstrum. Seu horrida saltuum lustris , seu ardua siderum , utrobique tesqua inhospita Principis feræ tugiatibus. Sed clava domuerit , sed solstitium vicerit. Principi Imperij Orsinæ trophæum hoc surgit. Quid eius ortu generosius? Quid unâ ingenio mitius ? Principem in homines fortuna dederat , humanitas coronavit. Imperium in capita , non solum in corda exercere , Principis ferarum esse declaravit dignissima principatu imperij Orsina.

VI.

Tam Virginem , cum Elogio :

JAm ponat exuvias Leonis Orsina , sumas Virginis , quas sua exhibet sibi anhela mens labentis in cælum Astræ sequitur pijs votis vestigia. Quo laboriosius , hoc divinius in terris procul à terris degere , cælo frui procul à cælo , hominem caducum sedibus Divorum ingeri , diversari. An quisquam locet in terris cælos? Potest Orsinæ pietas, per quam (licuit ex oraculo audiri) Erit Firmamentum in terra. Erit erit astræa inter mortales, quamdiu in stella sex & viginti annorum vitæ mortalis, Heu, nobis mortalibus raptæ, promeritam sedem Astrorum petat.

Jam Libram ingressus, cum elogio:

Triumphatam Astram Libram excipit. Opimum spoliū vero Jovi ab Orsina suspensum in cæli templo, desideravit Heroīna victricem Clavam, successit Libra nobilior insignē. Quid Principem à Tyranno sanctius discriminat, quàm discrimine in subditos æquo libra pendula? Orbem dividit, medium luci, ac tenebris: Diem noctemque paribus dispertit horis. Virtuti iustitia, & vitio intenta pariter, honoris lucem ac premij, dedecoris umbram, & supplicij æquata meritis lance tribuens. Denique Sidus libræ tepidum, Orsinæ temperatum in terris, beatum in cælis prædicat Regnum.

VIII.

Ponē adiens in Scorpionem, cum Elogio:

Et hic, Mirum! sine labore labor Orsinæ, Levi Alcidae, cesserint ne dum Oriones Scorpionum pugnatorum monstrum, Mirmillone, Retiario vafreus; insidiosè grassans, non apertè; caudâ fallens, non scuto. Aculeum tendens, non rectè; vindictam usque anhelans; arma expediens, pugnam meditans. Tale monstrum qui non horreat, dic monstrum magni animi. Hoc acceptis præstitit Orsina injurijs, tam nescia ultionis, quàm ira Domina. Geniti terra scorpij ge-

nus ignobilis parvūque parentem arguit.
Orsinæ proximam cælo profapiam, & cælo
parem Christianæ mentis claritudinem Ma-
gnitudo animi omni superior injuriâ testatur.

IX.

Consecutus Sagittarium Sol, subjecto

Elogio:

Semivirum vincti à Virgine, infania, arma-
tum Senem exarmari, plusquam virilis
fæminæ sapientia. Hoc citra miraculum Or-
sina dedit spectandum. incertas jactare sagit-
tas furentis est animi, Irritas perversi oculi,
aut inertis manus. Prudentia singularis He-
roinæ nostra collimavit certas in album sa-
gittas, album sibi non nisi clarum proponens,
divinæ gloriæ, publici boni. Denique astrum
formæ bicorporis sagittarius, Semivir, fe-
micuus, totus exit in belluam. Sed & bel-
ligna esse consilia docuit Princeps nostra, quæ
prava dictante libidine homini excidunt.

X.

*Succedens Capricorno Sol, cum Elogij
expositione.*

Capricornum Horoscopi dominum for-
tiri mortales adorant, non sortiti augu-
rantur. Sidus tam invidendæ virtutis, ut
quasi anceps hic de Victoria stet Sol, ret or-
sumque vestigia relegat. Lustrat tamen, &

hoc monstri non minore, quàm cætera do-
mat constantia : nec fessus reversurus, sed
novos reparaturus labores. Hic planè trium-
phus Orsinæ. Vitam imprimit sidus bonam,
non immunis iracundia, cautione, callidita-
te, tristitia. Tale hinc nostra temperamen-
tum vitæ collegit, quale exigit Triumphator
ab hoste captivo servitium. Bonitatis to-
tum expressit; Reliquorum, quantum absol-
vendæ numeris Christianæ ac Principalis vi-
tæ satis.

XI.

*Migrans in Aquarium, cuius est index
Elogium subsequens:*

Cedit sanctiùs Ganimedes Orsinæ, quò
profaniùs olim Hebe Ganimedi. Mon-
strum Aquarij fabulosum uno petitur telo ve-
ritatis ac sternitur. Non species Pincerna-
tum Dei conciliat, sed Pincernatus speciem.
Opus divino haud absimile, in miseros de-
pluere beneficia. Studiosissima miserorum
Orsina pluit aurum, ut non calicibus aquæ
frigidæ, sed aureæ venæ inexhaustæ resupina-
tis urnis demereret cælum, functura
Dei Pincernatū, quæ toties Deo
in egenis propinave-
rat.

XII. P.

XII.

Postremò Pisces permeans, cum Elogio:

Pisces coronis laborum Orsinæ, simul adi-
tus ad coronas. Sidus morbosum, sed
fecundum: Mutum, sed cautum: In pedes
humanos dominans, sed alatum, numerosa
Principis nostræ imago morientis dicam, an
triumphantis? Tres (heu) morbi ad necem
conjurant, Pustula, maligna febris, abortus:
sed sobole quinta superstite. Lethales inter
cruciatus obmutescit ad querelas, ad gemi-
tus: sed colligitur ad Tartari cavendas insi-
dias. Impeditur fato corpusculum, sed ani-
mula in alis expeditur ad superos. Facessite
pisces: sola vos fabula, & pictura. Orsina spe-
ctaculum sui & miraculum. Obijt cum obe-
unte Sole; Hora Diei XXIV. Alterum cum
Sole Diem, cum Hercule Triumphum cali-
tibus illatura.

Ad absolvendum ornatum appa-
ratûs, Elogia duo accesserunt in abside
hinc inde pendente supra lectum emortua-
lem, ubi depicta hinc quidem Galaxia
(vulgò Via lactea) cum Epigra-
pha sequente.

Hem. Principis. Orsina.

Terris. erepta. qualis. panditur.

Ad. Empyreum. via

Seu. lacte. fluens. Galaxia.

*Sed. sidere. frequente. strata
Tanta. anima*

*Peregrinum. vita. candorem.
Fulgorem. virtutum. innumerabilium*

Celesti. expingit. penicillo

Procul. Hinc. Superstitio

Hanc. vere. Heroum. viam

In. Cœtum. Deorum. abeuntium

Exemplis. suis. lepidius. monstravit

Orsina.

Quam. suis. olim. fabulis

Vetustas.

**Inde verò Iris, quæ pictura est So-
lis, & Lusus symbolici Herculis,
cum elogio.**

Sat. mœrori. Datum. rivos

Sat. luctui.

Eheu. jam. rivos. claudite

Nec. desiderium. maius. vestro. nec. maius

Pignus. Solaminis

Solvit. Orsina. vectigal

Mortalitati

Præclum. immortalitatis. exaltura

Iris. roscida. Sed. nuncia. fœderis

Pluviam. Ciens. sed. vetans. diluvium

Vestram. hætenus. despectis. rivos

Orbitatem.

Felicitatem. nunc. defuncta. gratulamini.

Sic. Principi. Optime. iusta

Solvetis.

Myconis Piscatoris Tumulus.

Piscantem niveas liquido sub marmore gemmas

Hauſta, Mycon, ſtygijs te dedit unda vadis.

*Extraclum ſocij duro ſub marmore ponunt,
Quo velut in conchâ condita gemmalates.*

Lycidæ Tumulus.

Cſpice in hoc tumulum, viridique in cortice carmen

Suetus ad hoc paſtum ducere gramen oves,

Pæſtor habet Lycidas: urnam prope fluminis urnam,

Suetus ad hoc potum ducere flûmen oves.

*Æthere mens felix per lucida prata vagatur,
Phryxæamque novo lumine paſcit ovem.*

Niſi Piſcatoris tumulus.

Hinc tibi florentes ejeſtant æquora gemmas,
Hinc tibi gemantes florida terra roſas.

*Debita, Niſe, tuo ſunt utrâque dona ſepulcro;
Æquorei fueras gemmæque ſoſque chori.*

Infantuli Tumulus.

Vix matrem innocua quibas agnoſcere riſu,
Exprimis heu maſtas cùm miſera lacrymas.

*Mors somnum antevolans te primo in fulgore
lucis*

Occupat: è cunis in cava busta cadis.

Injustè justa exolat, nec Parca pepercit

Tam tenero, heu vite parca, & avara tue.

Alconis Piscatoris Tumulus in littore.

D*Um cineris prope busta tui, cen bella ge-
rentes,*

Te rapit incerto terra, fretumque vado,

Quam carus utrique sies post funera produnt,

Qui meritis fueras vivus utrique decus.

Marius Bettinus S. I.

In Magnos Duces.

J*unxit magnorum casus Fortuna virorum,*

Hic parvo, nullo conditus ille loco est.

Ite, novas toto terras conquirite mundo,

Nempe manet magnos parvula terra Duces.

In Pompeij sepulcrum.

F. Marius Molsa.

D*Vx Phariâ quamvis jaceas inhumatus a-
renâ,*

Non ideo fati est savior ira tui.

Indignum fuerat tellus tibi victa sepulcrum:

Non decuit cœlo te nisi, Magne, tegi.

In-

Incerti, ex Græco.

NE mea qui transis incuses fata, Viator,
Nil etiam moriens dignum habeo la-
crumis.

Natorum liqui natos: æquæva mihi uxor
Vna fuit, natas tres thalamo pepigi.

Ex quibus ipse sinu gestavi sæpe nepotes.

Nullum ægrum, nullum luximus exanimē.

Quorum opera illæsus, dum somnus, blanda
foveret

Lumina, sum sedes missus ad Elysiæ.

Scorpi Aurigatoris:

ILle ego sum Scorpæus, clamorū gloria circi,
Plausus Romæ tui, deliciæque breves:

Invidæ quem Lachesis captum trieteride nona.

Dum numerat palmas, credidit esse senem.

Aquini & Fabricii.

Fabricio junctus fido requiescit Aquinus,
Qui prior Elysiæ gaudet abisse domos.

Ara duplex primi testatur munera pili,

Plus tamen est, titulo quod brevioris legis.

Eunctus uterque sacro laudatæ fœdere vitæ,

Famæque quod rarò novit, amicus erat.

D. D. S.

VRna brevis geminum quamvis tenet ista
cadaver,

Attamen in cœlo Spiritus unus adest

Vixi.

Viximus unanimes Luciŭſque & Flavins: idem
Sensus, amor, studium, vita duobus erat.

Ex Græco.

NE tumulum hunc citò prætereas, generoſe
ſe Viator,

Indeſſum alacris qui pede pergis iter:
Tum demum aſpiciens ſcitare quis, vnde, ſci-
eſque,

Harmoniam generis cujus origo cluet.
Nam, quæ cuncta ferunt laudem mortalibus,
illi

Nobilitas comis, vita pudica fuit.
Ergo vide hunc tumulum, nam corpore libe-
ra tandem

Mens animi ad ſuperas reſpicit alta vias.

Anonymi. Ex Græco.

Terra parens, parvo vixi breve tempus,
& egi

Nil atrox, prudens non alicui nocui.
Si pravum laudavi aliquid, neque tu mihi ter-
ra

Eſto levis, nec Dij, quorum ago in arbitrio.

Nicæi. ex Græco.

Qui flebilem mortaliæ vitam jocis
Attemperavi, Nicæus Philition,
Vitæ hoc ſepulcro condidi omne reliquum,
Obire ſæpe viſus, at nunquam hoc modo.

Can.

Candaulis. Ex Græco.

Candaulis jaces hic, cujus cūm Fata videret,

Liberat uxorem crimine Justitia.

Nempe viris visam se noluit illa duobus,

Sed vel cui visa est, vel retinere suum.

Candaulis meritas poenas luit ergo, videndam

Ipse suam qui oculis præbuit alterius.

D. M.

Camillus. Aquileius

Se. vivo. scribi. jussit. sic.

Non. fui. deinde. fui. modo. non. sum.

Aspice, quā subitò, quod stetit antè,
cadit.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet;

Illæ eadem vitam quæ inchoat hora rapit.

In Leonidem. Ex Græco.

Heu procul Italiâ jaceo, patriæque Taranto:

Ægrè hoc dissidium plus quoq; morte fero.

Talis & errorum vita est invita: at amarunt

Me Musæ, hoc inter tot mala dulce mihi est.

Morte Leonidium non est delebile nomen,

Semper Musarum me sacra dona canent.

Ex

Octoginta incrant vel servi aut liberi, & omnes

Eheu tam tristi succubuere rogo.

Ossa propinquorum nullus dignoscere quivit;

Vnam habuere omnes, inferiasque simul:

Unum omnes tumulum. Facile sed singula
cuique

Funera discernet Ditis avara manus.

Incerta.

Sanguine si nostro, nostra si morte liceret,
Pallentes orco proh dolor eripere:

Et si qui patimur crudeli funere fata,

Hoc saltem nobis munere grata forent:

Taderet quantos cœli convexa tueri,

Quantæ favirent in sua corda manus:

Et tu quæ fuerim, si nosse candidè lector,

Nunc animam quoque tu purpuream vo-
meres,

Vivere quo rursus possem & superesse daretur;

Fingere & innumeras nexa per ora animas.

Ex Græco.

Hicne situs Charidas? natum si quæris A-
rimma

Patre Cyrenæo, scilicet hic situsest.

Quid, Charida, est infra? nox multa: ascen-
sus ad auras?

Nullus. quid Platon? fabula, & occidimus!

Hæc

Hæc tibi vera loquor, verum hoc jucundius
audi,

Infera Pellæum continet aula Jovem.

Diotimi Piscatoris.

Piscator Diotimus; cui super æquore navis,
Fida erat, in Terra pauper eratq; domus.
Indulgens somno immitem descendit ad or-
cum

Nave suâ vectus, remus & ipse suus:

Quæq; seni dederant quondam solatia vitæ,
Profuit extremi navis in igne rogi.

Militis.

Hic jacet Miles strenuus, parùm jactabun-
dus, Multùm vigil, nunquam fugax,
semper diligens, in mensa parcus, in acie
metuendus, amicis amicus, vitiis carens, vir-
tute summa, Dei providentia mortuum pro
meritis remuneret.

Bruxellis in D. Gudula.

Hospes ego infelix, infleti corporis um-
bra

Itala per Belgas nocte silente vagor.

Et saxum hoc volitans circum sum terror,
amatam

Quærens qui cinerem hunc transferat in
patriam.

Nec

Nec cessem, donec lacrymis defleta meorum
 Quæ tulit, hæc eadem Parthenope ossa tegat.
 Antonio Dosæ Neapolit. J. V. L. Patrit.

Qui Homo Italus

In Belgis morte importunis. raptus
 Dum gradum sibi ad summos honores
 Faceret apud Regem suum Philippum Austri-
 um, acerbissimam sui memoriam
 reliquit amicis suis.

Vixit Ann. XXXIX. Obiit MCCCCCLVII.

O Fall. H. S. Frag.

Q. F. E. T.

In N. L. Q. Im. S. S. Frang.

O quam P. L. P.

*Sifridi Schu veppermanni, qui fuit Im-
 peratoris Ludovici Bavari contra Frideri-
 cum Austrium Dux exercitus, in Mona-
 sterio Castel Superioris Pala-
 tinatus.*

Zie leit begraben Herr Seyfrid Schwep-
 permann

Alles Thuns vnd Wandels Ahn
 Ein Ritter keck vnd vest

Der zu Gundersdorff im Streit that
 das best

Er ist nun todt

Dem Gott genad. Obiit Ann. 1337:

T

Je

Jedem ein Ey
Dem frommē Schwepperman
zwey.

*Valerius. Julianus. Italico. Filio. &
Honorata. Mammula.*

Dispar damna leges, Parcarum crimina
dispar,
Hæc ridenda mihi est, hic lacrumandus
erit.

Hæc namque emeritos bis quadraginta per
annos

Vixit, at hic terno Consule natus obit.
Cur modò tam præceps, iterû tam sera fuisti,
Funeris amborum dic rea Persephone?
Vix lucem vidisse, satis, qui vivere posset:
Vivere quæ nollit, vix potuisse mori?

Sorani Batavi.

Ille ego Pannonijs quondam notissimus oris,
Inter mille viros primus fortisque Batavos,
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
Æquora Danubii cunctis transmare sub armis,
Emissumque arcu dum pendet in aëre telum
Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta.

Quem neque Romanus potuit, neque Barbarus
unquam

Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus,
Hic situs, hic memori saxo mea facta sacra vi.

Vi.

*Viderit anne aliquis post me mea gesta sequatur,
Extemplo mihi sum Primus, qui talia gessi.*

Franc. Swertius.

Orthonis.

*Præcipit hoc Orthon Siculus: ne fortè, Viator,
Ebrius hyberna tempore noctis eas.*

*Namquæ ego sic jaceo: pro pulvere nempe paterno
Externâ peregrè continuatus humo.*

Aliud.

*Advo græce tuo, tempestivusque, Viator,
Nauta, scias vitæ tempora pauca tua.*

Mediolani ad D. Francisci.

MARINONORUM.

DOMUS. SECUNDA.

DONEC TERTIA.

Mediolani in D. Barnabæ.

A labore quiescentibus

Suis suorumque ossibus

Jo. Paulus Chiorea

Pesuit

Unâ cum Nicolao fratre

Donec optata dies veniat.

M. D. LXVIII.

Neapoli.

BERNARDINA. FRANCA

MIHI. ET MEIS. FECI.

T a

CER.

*CERTA. DOMUS. SECURA. QUIES
NIL. QUÆRIMUS. ULTRA.*

In Hero & Leandrum.

H*ic traiectus erat Leandri, hoc turre sub
alta*

*Triste fretum, haud solus quod grave
sensit Amor.*

*Hac Domus, hac Herus habitacula, turris &
hae sunt*

Reliquia: hic lychnus proditor ille fuit.

*Ambos unus habet tumulus, quin nunc quoque
venti*

Illius incusant invida flabra sibi.

Emeritæ.

*Tu qui carpis iter gressu properante, Viator,
Siste gradum quaso, quod peto, parva mora est.
Prateriens dicas, sit tibi terra levis.*

Meldulæ in Flaminia.

D. M.

*Primitiva. have. &. tu. quisquis.
es. vale.*

*Non. fueram. non. sum. nescio.
non. ad. me. pertinet.*

Alexand. Actor. Coningi. Rav.

Geminorum Infantium.

Resurrectioni. Sacrum.

Gemini

Far.

Frater. & Soror. Hic. jacent.

Mundum. Theatrum. Immundum

Vix. ingressi. citò. egressi.

Illum. in. matris. utero. hanc. bimulam
Mariam

Mors. abstulit.

clō. Id c. III. VIII. Cal. Septemb.

Balthasar. De. Smit. Et. Joanna. Van. Eeckeren
Parentes. Mœsti.

Homo. certè. Bulla.

Fr. Suvertius in Brabantinis.

Lud. Pincieri. noctambuli.

Si nocturna quies, qua sensus vinxerat, undè
Brachia vinxisset curaque fessa mihi,
Non me deciduum celsa per aperta fenestra
Mors in subiectam precipitasset humum.

Hæu nimis irrequieta quies, qua sensibus altum
Torporem inducis, membra agis, acta necas!
In tenebris cecidi, sed clarà luce resurgam;
Pro falsâ oblata est nunc mihi vera quies.

Anonymi.

Factus amor mitis, transfixo clausit amanti
Lumina, collegit corporis ossa Charis.
Tradidit inferias Cypris, sed carmen in ipsâ
Urnâ Erato scripsit, tu lege quisquis amas:
Non hic corpus adest, non hic cinis ater, at una
Flamma calens, cremat hæc flamma; Viator,
abi.

Fratr̃is & Soror̃is.

Condidit una domus, venter, quos condidit
unus,

Femina sunt & mas, frater hic, illa soror;
Jejuni vermes infantum corpora rodunt,
Rodit sed sanus corda paterna dolor.

Dominici Baudij. M. V. G.

Orphæus Eurydicen stygias præmisit ad um-
bras,

Baudius hac Gallam misit & ante suam,
Orphæus Eurydicen fuit atra per atra secutus,
Baudius ad Gallam par quoque trixit iter,
Orphæus à tenebris superas evasit ad auras,
Hoc vereor, Baudi, posse licere tibi,
Orphæa fidus Amor deduxit ad atria Divis,
Seduxit, Baudi, te male suadens amor.

Nicolai Rapini Galli.

Quod sibi ipse fecit. Fontenais.

Tandem Rapinus heic quiescit ille, qui
Nunquam quiescit, ne quies esset bonis,
Impune nunc grassentur & fur & latro;
Musa ad sepulchrum Gallica & Latia gemat.
Obijt. 3. Febr. clō lo c. viij.

Poëtæ.

Viator & Umbra.

V. Quistumulus, viris quem vestit, & tumba
Laurus?

Li.

Liber, an hic tuus est, an mage, Phœbe, tuus?
 Um. *Falleris, at meus est. V. at tu quis es? Um,*
umbra Poëta. (bono est.

V. Cujus? Um. At hoc, hospes, non tibi scire
Quin satis hoc, meus hic tumulus. V. bona Ver-
ba, Poëta,

Non ego ut offendam, quare, sed ut monear.
 Um. *Quare. V. tuâ veniâ, quod fas sit, quæro.*
quid exstat

Laurus ad hunc tumulum? num cineri ul-
lus odor?

Um. *Scilicet. V. ecquis odor? Um. fama. V.*
quid fama sepultos

Jam juvat? an cecos clara quod astra juvant?

Um. *Vulgus inops genij & laudis perit. haud ita*
vates,

Clavio à busto quem comitatur Honor.

V. *Sic ais, at tumulo quid & ebria vitis inerrat?*
An sua post etiam fata Poëta bibit?

Um. *Nimirum, ut vulgi bibit omnis turba, sed*
atram

Tarpiter hæc lethæ, nectâr at iste bibit.

Divinum, immortale, anime quod postuma læta
Gloria cum fama miscet odore bona,

F. Swertius.

Ant. Castalij.

Quam vicus potui nunquam gestare quie-
 tem,

Mortuus in solida nunc statione fruor.

T 4

Paf.

Passio, cura, labor, mors tandem & pugna recessit

Corporea, & solum mens quod auebat, habet.

Fr. Swertius.

Petri de Toledo Proregis Siciliæ.

*QUI PROPTER NOS HOMINES.
ET PROPTER NOSTRAM SALUTEM,
DESCENDIT AD INFEROS.*

Parium Imparium.

*Tres uno tumulo, mirum si pax tribus æqua est,
Hic gemma, ille aurum, tertius inde lutum.*

Antonij Iberi.

*Cunctorum jacet hic Antonius ansa malorum:
Qui tegit hunc, vitium continet omne, lapis.*

Medici. Basileæ.

*Nec omnia, nec omnes mihi
Placere: quinam ego omnibus?*

Non omnibus Coms Senex,

Non eremita Spagirus.

Num Tu, Viator, omnibus?

DEO placere cura. Abi.

Bonifacii M. P.

Qui quondam irrequietus, & frequentes

Belli miscuit & graves procellas

Versutus, timidus, procax, cruentus;

Adversis humilis; ferox secundis,

Fu.

*Fumas vendere doctus atque ventos ;
 Qui neutris placuit , nec his , nec illis ,
 Hic idem sibi dum parat quietem ,
 Ventorum varias ciet procellas ,
 Quas nusquam veteres tulere soles.
 Sic Mors turbine turbulentum honorat.*

Corydonis.

*Anna solemnī tumulo votiva paratē ,
 Non hic mortuus , at mors resupina jacet.*

Eiusdem.

*Si vitam inspicias , nihil hoc ignavus : ore ,
 Gestu , habitu , ac toto corpore pondus iners.
 Aternos tamen est Corydon victurus in annos ,
 Nam non vivet , quo Mors moriente cadit ?*

Oppiæ.

*V*estalis Virgo , violati ob claustra pudoris ,
 Oppia , cheu ! diro marmore viva premor.
*Quam Natura alijs mortalibus esse quieti
 Iussit humum , soli est hac mihi supplicio.
 Siste , & mirandum hoc , miserandumque aspice :
 Virgo
 Non Virgo , tumulo , non tumultata tregor.*

Incerti.

*T*u quod es , hospes , eram , nunc me vita
 exiit , atque hic
 Obruit exuvias Mors inimica meas.

*Sed quia tu fies, quod sum post funera, quæ vñ
Ipse tibi fieri: quæso precare mihi.*

Juliani Waudræi Montensis.

*Jam quod es, ante fui, jam sum cinis, umbra,
minúsque.*

*Tu quod es, & quod ego, simul omnia subijce
puncta.*

Omnia pratererunt, nos juimus, itis, & ibunt.

Corydonis titulotenus Con- siliarii.

E*Xpers consilij; legúmque, & Juris inanis.
Hic situs est Corydon, sus mera, rúsque
merum.*

*Si piper ad praxim, firura ad Jura valerent,
Cedat ei Dinus, Bartolus, atque Cinus.*

Publicani.

*Hic quæstura sagax, præturæque in omnia Rura,
Et vigil ad decimas cura sepulta jacet.*

Petri & Pauli.

*Petrus & Paulus vitam finivit in undis,
Hic nans, hic nanti dum pius addit opem.*

Hermolai Mauroceni.

*Quenam hæ puelle lacrumantes quatuor?
Justitia, Probitas, Fortitudo, Gratia,
Mortem Hermolai Mauroceni plangimus.*

Cur

Cur ad sepulchrum quattuor fletis Dea?

Mortalis nullus flere non potest satis.

Adeo sum visus infelix, ut nemo mecum
sortem mutasset,

Adeo autem non fui, ut nec ego cum quo-
quam.

Iustus est Deus; æquè singulis indulget, ut
liberis Pater, infirmis ut Mater.

Alia te Hospes volebam, & tu expectas,

Qui, unde, quamdiu

Sed frustra,

Propediem nobiscum futurus.

Dico propediem,

Noa etiam si fueris, aut Salem, licet obstu-
pescas,

Hoc celerius iter conficies, quò plenior ibis
annorum.

Igitur coram

Tu roga, ut beati quod potest,

Non ut tardi quod non potest.

*Has Tumulorum Inscriptiones, amice Lector,
adiungere volui, auctarij loca, THEATRO*

*FUNEBRI, quod omnis ferè stat'us homi-
num Epitaphia tibi exhibet, Lege,*

& Vale.

ADDI

ADDITAMENTUM AREOLÆ III. Continentis Inscriptio- nes Altarium.

Salisburgi ad S. Spiritum.

D. O. M.

Immaculatæ Conceptionis purissimæ Dei
Matris Mariæ ex voto memor Achatius
Leopolt &c. civis Salisb. Hanc immaculatæ
hostiæ aram fieri fecit. Tu, quisquis hîc Vir-
gini supplex fueris, etiam pro Achatio esto.

Ibidem.

Uni & Trino Deo.

Matri Virgini Mariæ,

Matri Virginis, Dei Aviæ

Annæ, summis nominibus,

Ut suum cœlo infimum

Inscribant, hanc aram suppliciter inscribit A-
chatius Leopolt civis Salisburgensis.

**AREOLÆ XVII.
INSCRIPTIO CVJVS DAM
DOMVS SALISBVRGI, 1671.**

**SVB PRÆSIDIO AC TVTELA IESV, MARIÆ,
IOSEPHI,**

INSIT SINE FINE SALVS HVIC DOMVI.



INDEX

URBIUM ET LOCORUM,

*In quibus hæ Inscriptiones re-
periuntur.*

A.

Albani. pag. 32.

Amstelodami. pag. 1. 90. 195.

Antuerpiæ. pag. 42. 63. 107. 156. 195. 241.
255.

Augustæ Vindelic. pag. 66. 67. 69. 70. 108.
197. 198.

B.

Basileæ. pag. 294.

Bergomi. pag. 3.

Bononiæ. pag. 32. 73. 113.

Bocæ ad Luppiam. pag. 266.

Bredæ. pag. 4.

Brunisbergæ prope Huxariam. pag. 186.

C.

Camberij. pag. 37.

Canturij. pag. 27.

Carnuti. pag. 202.

Cellæ B. V. in Styria. pag. 65. 71. 117. 259.

Codonij. pag. 31.

Comi. pag. 143.

Constantinopoli. pag. 94.

Cremæ.

URBIUM ET LOCORUM.

Cremonæ. pag. 55.

D.

Delbruggiæ. pag. 5. 6.

Defenbergæ. pag. 185.

Driburgi. pag. 184. 239.

E.

Emeritæ. pag. 290.

Eresburgi ad Dimolam. pag. 7.

F.

Ferrariæ. pag. 84.

Florentiæ. pag. 89. 126. 145. 172. 230.

Fontenaij. pag. 292.

G.

Genuæ. pag. 166. 178.

H.

Heristalli. pag. 10.

I.

Imolæ. pag. 78. 89.

L.

Laureti. pag. 208.

Lindaviæ. pag. 98.

[247.

Lucæ. pag. 33. 36. 56. 104. 106. 124. 143.

Ludæ ad Ambram. pag. 12.

M.

Mechliniæ. pag. 82.

Mediolani. pag. 21. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

41. 43. 61. 62. 74. 99. 125. 126. 146.

167. & seqq. 198. 227. 253. 256. 257.

270. 289.

Meldulæ

INDEX

Meldula. pag. 290.

N.

Neapoli. pag. 26. 58. 81. 197. 289.

Nola. pag. 40.

Norimbergæ. pag. 91. 179. 241.

O.

Oeniponti. pag. 162. 163.

Oetingæ veteris. pag. 109.

Oldenburgæ. pag. 183.

Oxonij. pag. 81. 82.

P.

Parisijs. pag. 46. 83. 112. 147.

Paderbornæ. pag. 63. 66. 179. & seqq. 231.
& seqq. 264. & seqq.

Patavij. pag. 40. 59. 60. 71. 74. 75. 76. 80.
84. & seqq. 92. 112. 121. 122. 127. &
seqq. usque ad 142. 192. 244. 245.
248.

Perusia. pag. 116. 146.

Piscariæ. pag. 199.

Piscia. pag. 194.

Pisis. pag. 36. 62. 260.

Pistorij. pag. 53.

R.

Reate. pag. 77.

Reggerspurgi. pag. 202.

Romæ. pag. 18. 19. 20. 22. 25. 36. 42. 44. 45.
60. 74. 93. 94. 95. 97. 99. 107. 113. 120.
125.

URBIUM ET LOCORUM.

125. 153. 155. 156. 164. 165. 199. 208.
209. 228. 229. 230. 252. 255. 261. 262.

S.

Salisburgi. pag. 46. 47. 48. 67. 68. 110. 201.
228. 298.

Senis. pag. 39. 54.

Sigebergæ. pag. 59.

Sneilenbergæ. pag. 187.

Spiræ. pag. 72.

Spoleti. pag. 199.

Sufati. pag. 59.

T.

Tarenti. pag. 23.

Taurini. pag. 38. 39.

Ticini. pag. 114.

Tolentini. pag. 72.

Torcelli. pag. 242.

V.

Varlaviz. pag. 175. 176.

Venetijs. pag. 41. 142. 196. 200. 227. 242.

Veronæ. pag. 33. 44. 60. 61. 73. 79. 104. 246.
258.

Vicetiæ. pag. 193.

Vrbini. pag. 142.

W.

Waldsaffæ. pag. 42. 91. 231.

Wevelspurgi. pag. 181. 182.

Z.

Zwifuldæ. pag. 91.

Index Inscriptionum.

A.

Aitarium. Pag. 53.

Aqueductuum. 208

Arcium. 179

Arcuum triumphali-
um. 155

Armamentariorum.
200

Aularum. 190

B.

Bibliothecarum. p. 83

C.

Cæmeteriorum. p. 73

Cænaculorum. 248

Campanarum. 77

Castellorum. 179

Cellarum. 252

Columnarum. 95

Curiarum. 196

F.

Fontium. pag. 228

H.

Horologiorum. p. 78

Hortorum. 241

Hospitalium. 255

I.

Imaginum. p. 106

M.

Miscellaneæ. p. 259

Monetariarum offi-
cinarum. 255

Munimentorum. 201

Musæorum. 92

N.

Nosocomiorum pag.
255

O.

Obeliscorum. p. 93

P.

Palatiorum. pag. 190

Pontium. 225

Portarum. 177

Portuum. 206

Præpugnaculorum.
201

Pyramidum. 95

R.

Reliquiarum. p. 69

S.

Sacellorum. p. 17
Scho-

V.

Scholarum.	p. 79	Tumulorum.	270
Statuarum.	106	V.	
T.		Viarum.	pag. 226
Templorum.	p. 17	Villarum.	243
Thermarum.	208	Urbium.	1
Theatrorum.	252		



ELEN.

ELENCHUS SCRIPTORUM

P. OTTONIS AICHER, B.

Edita:

Iter Poëticum. 12. Salisburgi apud Melchorem Haan, an. 1674.

Iter Oratorium. 12. ibid. apud Joan. Bapt. Mayr, an. 1675.

M. T. Cic. Orationes Philippicæ, notis historicis, Politicis, Philologicis, Rhetoricis illustratæ. 8. ibid. apud eundem. An. 1678.

Infantia, & adolescentia Romæ, compendio. ibid. An. 1671.

Brevis institutio de Comitibus Veterum Romanorum, libellis tribus comprehensa: quibus accessit lib. iv. de Comitibus Imperii Romano-Germanici. 12. Salisburgi apud Joan. Bapt. Mayr. An. 1678.

Theatrum Funebre, exhibens varia Epitaphia, in quatuor partes distinctum. 4. ibid. apud eundem. An. 1675.

Hortus variarum Inscriptionum, 8. ibid. apud eundem. An. 1676.

Ejusdem pars altera. apud eundem. An. 1684.

Nondum edita:

Palatium Heroum, per diversa Conclavia exhibens Elogia Virorum illustrium.

Cosmographiæ Principia.

Ephemeris, seu Calendarium perpetuum, Ecclesiasticum, Astronomicum, Historicum,

E L E N C H U S.

Oeconomicum : fructu variz lectionis instructissimum.

Philosophia Nobilium tripartita, Rationalis, Naturalis, Moralis.

Institutiones Ethicæ, sive Discursus Morales in X. libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum.

Institutiones Oeconomicæ.

Institutiones Politicæ.

Historia Vniversalis sacra & profana 4.tæ Monarchiæ, Observationibus Politicis instructa.

Adversaria, ex variis auctoribus collecta.

Florilegium illustrium Sententiarum ex veteribus Poëtis latinis.

Notæ in Curtium, Livium, Virgilium, & Senecæ Tragædias.

Cùmque annis compluribus Poëticam, Rhetoricamque decuerim; erit fortè, qui nosse velit scripta vaga, & solitaria. Hæc ut agrè numerari, sic agrius inveniri possunt; utpotè cùm magna earum pars perierit. Obiter attingam.

Orationes composui centenas circiter, Chrias, & Epistolas complures, Comædias latinas sex. Germanicas tres. Tragædias, sex. Dramata minora viginti septem. Poëmata Epica viginti. Elegias sexaginta. Emblemata 400. Epigrammata, & id genus alia.

ERRATA

*Ignosce humanissime Lector, si, me
nonnihil absente, plura in hoc opusculum
menda irrepsere. Graviora sunt ista:*

- Pag. 5. lin. 23. lege. *palustribus.*
 Pag. 8. lin. 14. l. *tibi.*
 Pag. 12. lin. 7. l. *equor.*
 Pag. 81. lin. 10. l. *Fernandez.*
 Pag. 82. lin. 16. l. *clara palatia.*
 Ibid. lin. 12. post v. *Animo*, adde, *cum.*
 Ibid. lin. penult. l. *festinationem.*
 Pag. 84. lin. 9. l. *que.*
 Ibid. lin. 24. l. *Præfetto.*
 Ibid. lin. penult. l. *situ.*
 Pag. 85. lin. 2. l. *B. M. P.*
 Ibid. lin. 15. l. *Intacta.*
 Ibid. lin. 16. l. *athereâ.*
 Ibid. lin. 20. l. *nec.*
 Pag. 88. lin. 10. l. *amorem.*
 Pag. 90. lin. 21. l. *Mex.*
 Pag. 91. lin. 5. l. *Hac qui malus non audit.*
 Ibid. lin. 7. l. *favente.*
 Ibid. lin. 15. l. *Sen te.*
 Pag. 92. lin. 9. post v. *angustiâ*, addit *tem-*
 poris.
 Pag. 128. lin. 3. l. *cæsariem.*
 Pag. 137. lin. 16. l. *commendat.*
 Pag. 142. lin. penult. l. *lætitia.*
 Pag. 168. lin. 4. l. *Mediolani.*

ERRATA.

Pag. 182. lin. 5. l. fundata vetusto.

Ibid. lin. 19. l. Apostolica Sedis gratia.

Ibid. lin. 23. l. Hunnorum.

Ibid. lin. ult. l. à Buranis.

Pag. 183. lin. penult. l. precor.

Pag. 184. lin. 1. l. Apostolica Sedis.

Ibid. lin. 4. l. & L. Baro.

Pag. 185. lin. 9. l. ditione.

Ibid. lin. 11. l. nobilis.

Ibid. l. 21. l. latè.

Pag. 186. lin. 11. l. Nobilis.

Pag. 187. lin. 20. l. Billstein.

Pag. 189. lin. 2. l. Jafredo.

Ibid. lin. 7. l. Jafredi.

Ibid. lin. 13. l. peste.

Pag. 192. lin. 17. l. Hauriret.

Pag. 194. lin. 10. l. bina inscriptio est.

Pag. 196. lin. 14. l. Erythræus.

Ibid. lin. antepenult. l. Venetorum.

Pag. 198. lin. 22. l. Fidei Catholica.

Pag. 200. lin. 1. l. Spoletina.

Pag. 205. lin. 23. l. Et sterile.

Pag. 206. lin. antepenult. l. Altera.

Pag. 210. lin. 10. dele. vi-

Ibid. lin. 11. l. juvant.

Ibid. lin. 23. l. rheumate.

Pag. 212. lin. 23. l. Anastasia.

Ibid. lin. ult. l. multa.

Pag. 213. l. 19. l. obturac.

Pag. 215. lin. 11. l. rheuma.

Pag.

ERRATA.

Pag. 217. lin. 17. l. *fonte nitent.*

Ibid. lin. 20. l. *funcluratum.*

Pag. 218. lin. 19. l. *Pituitam.*

Pag. 219. lin. 12. l. *Crypta.*

Ibid. lin. 20. l. *fuge.*

Pag. 220. lin. 23. l. *Extinguit.*

Pag. 221. lin. 12. l. *rheuma.*

Pag. 241. lin. 7. l. *manibus.*

Pag. 289. lin. 10. l. *Ævo parce.*

*Desunt etiam puncta interdum & commata,
qua, cum non observatis, si qua fortè supersunt,
item fugientes subinda litteras, benevole Le-
ctor supplebis.*

